

21.
45
34
1630 15
15
QUOD DEUS OPTIMUS MAXIMUS FELIX FAUSTUMQUE ESSE VELIT,

Decreto & Autoritate Ampliss. Jctorum Ordinisi
in florentissima Electorali Academia Wittebergensi

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM,
AD

Celebrem & Famosam Practicam

L. Diffamari 5. C. de

Ingenuis manumisfis,

SUB PRÆSIDIO

GOTTFRIDI REUTTERI, D.

& Professoris Publici, Curia Provincialis, ac Facul-
tatis Juridicae Witteberg. Assessoris, nec non Illustrissimarum
Viduarum Elect. Saxon. in Lichtenburg: & Anhalt.
in Goswig. Consilarii &c. Praeceptoris ac
Promotoris sui aetatem colendi,

*Pro summo in utroq; jure gradu & privilegiis
consequendis*

Publicè proponit

CHRISTOPHORUS VVACKE Numburg.

— Ad diem VII. Januarii, Anno O. R.

M DC XXX.

In Auditorio majori, horis ante: & pomeridianis.

Witteberga, Typis Hared. SALOM. AUERBACH, Acad. Typogr.



IN NOMINE DOMINI AMEN
C. de
Gottfried

L. D. de
Gottfried

GOTTFRIED
Gottfried

Gottfried



In Nomine Domini nostri JESU
CHRISTI.

L. Diffamari 5. C. de inge-
nuiis manumissis.

Diffamari statum ingenuorum, seu erro-
re, seu malignitate quorundam, perini-
quum est: praesertim cum affirmes, diu
praesidem unum atque alterum inter-
pellatum a te, vocitasse diversam par-
tem, ut contradictionem faceret, si de-
fensionibus suis confideret. Unde constat, merito Re-
ctorem provinciae commotum, allegationibus tuis sen-
tentiam dedisse, ne de caetero inquietudinem sustine-
res. Si igitur adhuc diversa pars perseverat in eadem
obstinatione: aditus praeses provinciae ab injuria tem-
perari praecipiet. Dat: Prid: Non:

THESES I.

Legem Diffamari 5. C. de ingenuis manumissis: primitus in-
tra certos limites fuisse constitutam, & ad causam status in-
genuitatis accommodatam, qua ingenuo, qui ab alio de statu
suo diffamatus erat, observato juris ordine, *in l. circa 14. ff. de
probat. & demonst. & l. cui necessitas 39. ff. de liber. causa*, praescri-
pto, ingenuitatem suam tueri permittebatur, recte Giphan.
ad h. l. & Anton. Faber. de error. pragmat. decad. 51. error. 1. & 2.
asserunt. Id quod etiam Blarer: *in repetit. h. l. in praefat. ad Le-*

2

ctorem,

Etorem, § c. 12. n. 8. Georg. Mundius, de diffamat. earumq; reme-
diis, c. 4. n. 53. & alii, negare non possunt; Veritate igitur theo-
reticâ diligentius inspectâ, errare videntur Glossographi &
cum alleg. Blarer. & Georg. Mund. Dd. communiter, dum hanc
L. ad omnes causas & lites extendunt, & Impp. Diocletianum
& Maximianum Jus Novum, & remedium exquisitissimum,
contra quasvis malorum hominum venenatas diffamationes,
quibus vel fama, vel dignitati, vel bonis ac possessionibus noceri
possit, in illa constituisse clamitant & contendunt. Cum ta-
tamen in casu L. nost. Diffamatus Crescens, non novam aliquam
& antea incognitam actionem instituerit, sed contra diffaman-
tem, actione in rem præjudiciali contraria egerit; videlicet,
quod ipsum in sua ingenuitatis possessione turbaverit, & liber-
tinum suum esse divulgaverit, qui tamen diffamanti nullo li-
bertinitatis vinculo obstructus esset; Imploravit igitur offi-
cium Præsidis & petiit, ut se ingenuum declaret, & diffaman-
tem, ne de cætero tanquam libertinum suum inquietet, sed ut
pro ingenio gerere patiat, per sententiam condemner. For-
mula libelli hujus actionis, in terminis potest videri in append.
praxis aureæ Joan. Petr. de Ferrar. Papiens. ex praxi Petr. Jacob.
rubr. 28. fol. (mihi) 1187. Ad hanc diffamati petitionem, Præ-
ses, vocatâ quidem, non tamen comparente diversâ parte, au-
ditis diffamati allegationibus, tandem secundum doctrinam
Jcti Ulpian. in d. l. circa 14. ff. de probat. & Pauli in d. l. cui neces-
sitas 39, ff. de liber. caus. sententiam pro Crescente dedit, ne de
cætero inquietudinem sustineret. Giphani. & Anton. Faber,
all. loc.

II.

Ex hoc interpretum errore, alii quam plurimi paulatim
effluerunt, ita, ut verus hujus legis sensus, ferè in totum per-
versus, & multa in praxi hodierna, à veteri Jurisprudencia, &
mentibus Impp. Diocletiani & Maximiani aliena, introducta
sint, de quibus etiam Blarer. in repet. hujus L. nost. in argum. n. 6.
(qui tamen veros errores nequaquam agnovit) conqueritur, &
fateri cogitur. Remedium L. nost. in Romani Imperii Judiciis,
à qui-

à quibusdam legulejis ac veteratoribus versutè & subdolè perverti paulatim, ac in abusum detorqueri cœptum esse: Quos tamen abusus, ipse Blarer: cum communi Dd. schola, quo ad theoreticam veritatem, potius cumulavit, quàm correxit: Erro-
roneum enim est, quod statuit dictus Blarer: *ad b. l. d. in loc. &* cum eo Gothofr. *ad eand. L. Oldend. ibid. n. 12. & 16. Gail. 1. obs. 9. n. 4. & 5. Mynsing. cent. 3. obs. 78. n. 2. & alii ab his alleg.* Diffamantem vigore *hujus legis* ad agendum & accusandum compelli posse, contra juris regulam *in l. unic. C. ut invitus nemo agere vel accus. cogat.* Impp. enim in *hac L. nost.* non id volunt, ut ille, qui statum ingenui hominis diffamavit, eumq; libertinum suum esse jactitavit, invitus agere, & ingenuum illum, in libertinitatem vindicare teneatur, sed ut agenti Ingenuo, si contradicendi causam haberet, & defensionibus suis confideret, contradicere cogatur. Id quod expressa verba *L. nost. ibi. ut contradictionem faceret, & c.* sufficienter demonstrant. Anton. Fab. *lib. 19. conject. c. 20.*

III.

Ex quo ulterius pullulavit, quod Diffamantem Actorem, & Diffamatum Reum esse contendunt. Coyarr. *lib. 1. variar. resol. c. 18. n. 4. Wesemb. conf. 96. n. 3. & seq. Cacheran. decis. 151. n. 4. Schurff. cent. 3. consil. 15. n. 19. Gail. d. observ. 9. n. 3. & 7. Mynsing. cent. 6. obs. 90. n. 3. Blarer. ad b. l. nost. cap. 4. n. 2. & seqq. Cagnol. ad eand. n. 9. Oldend. ibid. n. 9. & alii.* Cum tamen Rei sit contradicere, & defensionibus suis uti, non Actoris: Actor intendit, Reus defendit; & Actoris intentio nil nisi actio est, Rei defensio, nil nisi exceptio. Anton. Faber. *d. lib. 19. conject. c. 20.* Item, quod diffamati Judicem adeundum esse statuunt, propter regulam, quod Actor forum Rei sequi debeat. *l. 2. C. de Jurisdic. omnium Jud. c. 5. c. 8. X. de foro. compet. Dd. sup. alleg.* Nam & ex veteribus interpretibus quidam hunc errorem agnoverant, & potius Diffamantis, quàm Diffamati Judicem in judicio diffamatorio comperentem esse statuerunt, de quibus videatur Cagnol. *ad b. l. nost. n. 9.* Sed hujus erroris introducendi non mi-

nima videtur fuisse causa, quod glossographi non consideraverint, status controversias tantum apud majores judices, extraordinariam cognitione expediri, nec judices pedaneos solito judiciorum ordine de illis cognoscere, vel pronunciare potuisse. *l. 32. §. 7. ff. de recept. qui arbit. recep. l. 2. C. de pedan. judic.* Anton. Faber. *d. lib. 19. conjectur. c. ult.* Qui quidem omnes, ut & alii circa *b. l.* introducti errores, quo ad veritatem theoreticam ex *hac l.* minimè probari possunt; Interim tamen communi Dd. & pragmaticorum interpretatione & opinione in foro & praxi ita recepti & approbati sunt, ut jam respectu *hujus l. diffamari*, non amplius quid in theoria verum, sed quid in praxi & foro receptum, attendere necesse sit.

IV.

Quapropter materiam *istius l. diffamari* s. posthabitis theoriæ subtilitatibus, uti ab Interpretibus & communi Dd. opinione introducta, in comitiis Imperialibus, & in Camera approbata, & hodiernis temporibus adhuc in viridi observantia est, ex Practicis hujus seculi celebrioribus tractare, ordinemq; ac viam in hoc Judicio rectè procedendi percurrere, & breviter, Quid & Quale remedium *hujus l.* sit? Quibus & contra Quos? Item Quibus ex causis competat? quis Actor, Reus & Judex sit? Item de supplicatione pro impetrando processu; Diffamationis summaria probatione, Citatione & termino, Diffamantis comparitione; ejusdem contumacia & contumaciæ accusatione, &c. Et de aliis ad hunc processum necessariis, usque ad sententiam, & remedia ejus suspensiva, videlicet Appellationis, Leuterationis, Actorum Revisionis & Nullitatis, quædam adjicere placuit.

V.

Multis autem & quam plurimis egregiis Encomiis, remedium *l. nostre* à pragmaticis hinc inde adornatur; Et quidem secundum hodiernum usum (qui tamen à Giphano *ad b. l.* verus abusus dicitur) non immeritò. Vocatur enim hæc lex omnium legum Romanarum excellentissima ac amplissima à
Bla-

Blarero in Epist. nuncupat. Celeberrima, à Gualter. Gymnic. in
epistola dedicat. ad d. Blarer. Quæ non in schola nata sit, sed in
curia & in foro, ut bonis per fugium ac portus, & adversus
quoscunq; improbos diffamatores teli vice esset, ab eod. Blar.
in prolegom. ad b. l. n. 2. Everriculum omnium mendaciorum à
Marquard. Freher. de Fama. lib. 2. cap. 17. n. 3. & lib. 2. de existima-
tione, c. 9. n. 18. Remedium exquisitissimum & præsentissimum
à Blarer. in præfat. ad Lector. Ad conservandam hanc communi-
tatem generis humani summè necessarium, ab eod. Blarer. in
arg. l. nostr. n. 6. Latissimum, ab eod. cap. 6. n. 67. habens summas
ac amplissimas rationes, tam publicam utilitatem, quam pri-
vatorum salutem respicientes. eod. & tam generales & princi-
palissimas, ut in iis non minima universi juris fundamenta ja-
cta conspiciantur, eod. n. 77. Quo existimationi & famæ bona
ex parte consulatur, ab eod. cap. 12. n. 3. Contra diffamationes
ac mendacia famæ constitutum. eod. Optimum auxilium, quo
quis & sibi & suis consulere & Reipublicæ honestum subdi-
tum, patriæ bonum civem, & locupletem virum conservare
possit, à Georg. Mund. in tr. de diffamat. earumq; remed. c. 6. n. 27.
Cujus finis sit nobilissimus & optimus, ab eod. cap. 6. n. 52. Et
cujus effectus præstantissimus ac latissimus ab eod. d. in loc. n. 53.
Saluberrimum juris remedium, omnibus malignitatibus, er-
roribus & inquietudinibus occurrens, ab eod. Mund. c. 1. n. 32.
& in proem. n. 11. Ubi propter difficultatem, utilitatem & di-
gnitatem, huic remedio, quod de tota in integrum restitutio-
nis materia gloriatur Ulpianus, in l. utilitas. 1. ff. de restitut. in in-
tegr. jure accommodandum existimat. n. 13.

VI.

Quale verò remedium sit, quod diffamato ex L. nostr.
competit, inter Dd. non convenit: Vult namque Blarer. ad b. l.
cap. 4. num. 4. quod quidem Imploratio officii Judicis sit, ex
eo, quod verba legis tantum ad Judicem dirigantur, secun-
dum Bartol. in l. 3. ff. de aliment. legat. Propriè tamen & rectè
dici possit, diffamatum Conditione ex lege diffamari expe-
riri, idq; ad aliarum quodammodo actionum & conditio-
num similitudinem, ut ita hic Conditione ex lege agi,
simul-



Simulq; officium judicis invocari possit; Et hoc ex verbis & mente *L. nost.* manifestam ac clarum esse putat: Treutl. verò ex remedio *hujus L.* Conditionem ex Lege competere simpliciter affirmat, *vol. 1. disput. 23. th. 1. lit. D.* cui consentire videtur alleg. Blarer. sibi contrarius *ad b.l. in legit. verbor. explicat. n. 2. & cap. 12. n. 1. vers. & hinc etiam fit. & c.* Verùm, si casum *L. nost.* consideramus, apparet, quod ibi diffamatus Crescentus, Conditione ex Lege nequaquam egerit, neque agere potuit, tùm, quod *L. nost.* tunc temporis non fuerit in rerum natura, tùm, quod sequeretur Crescentem diffamatum ibi fuisse Actorem, *l. unica. ff. de cond. ex lege,* quod tamen Blarer. cum asseclis suis, *in repet. h. leg. all. c. 4. n. 2. & seqq.* acriter impugnat: Propterea rectius statuere videtur Anton. Faber. *de error. pragmat. d. dec. 51. error. 1. in fine.* Crescentem ibi egisse solito more, actione præjudiciali, per quam contenditur, an ingenuus quis sit, an libertinus §. *præjudiciales. Inst. de action.* quæ non, ut cæteræ actiones per formulam, & apud Judicem pedaneum, sed extraordinaria cognitione per prætorem ipsum, in urbe, vel per præfidem in provinciis expediebantur, qui tanquam majores judices, ob causæ gravitatem, *arg. l. 106. l. 176. §. 1. ff. de R. J. soli de iis cognoscebant, ac pronunciabant, supr. th. 3. l. ult. C. ubi caus. stat. Cujac. in parat. l. 1. & l. 5. C. de ordinari. cognit.* Quando autem respectum ad hodiernam communiter approbatam praxin habemus, tunc remedium *L. nost. diffamari,* ita describi posse arbitramur, Quod sit imploratio officii judicis diffamati, Ut diffamanti, ob factam inquietudinem, causâ cognitâ, terminum assignet, ut is vel agat, vel ab injusta inquietudine desistat. *Wesemb. conf. 96. n. 3. & conf. 149. n. 157. vol. 3. Cacheran. decis. 151. num. 5. 6. & seqq. Schurff. conf. 103. n. 19. cent. 3. Georg. Mund. d. tr. de diffam. in proæ n. n. 58. & c. 4. n. 29. Joan. Ferrar. Montan. in expos. process. b. l. num. 7.*

VII.

Et quamvis inquietudo (quo vocabulo Impp. *in b. l. nost.* utuntur) propriè dicatur in personam. *Contard. ad b. l. c. 1. n. ult. per l. 2.*

per. l. 2. C. de carbon. edi. l. devotum. 5. C. de metatis & Epidemeticis
lib. 12. c. tenor. 10. X. de sentent. & re jud. : tamen ex receptâ Dd.
opinione remedium *L. nost.* hodiernis temporibus latissimè
patet, & omnibus regulariter attribuitur; Hæc enim lex illa est,
inquit Georg. Mund. quæ & cuivis, ejus beneficium observan-
ti, statum suum illæsum, famam integram, existimationem,
ac dignitatem salvam, & vitam quoq; interdum ipsam, extra
omnem criminis ac discriminis aleam ponit, & conservat.
all. tr. de diffam. earumq; remed. in procem. n. 27. Blarer. cap. 12.
ad h. L. nost. n. 5. Omnibus igitur, qui vel de statu, vel delicto,
vel de crimine, vel de debito, vel aliis quibuscunq; famam
aut bona concernentibus diffamantur, vel de facto quocunq;
molestantur, competit. *Blar. c. 2. n. 1. & seqq. & Dd. communiter;*
modo aliàs in judicio convenire sive agere & conveniri possint.
et. C. qui legit. person. standi in jud. hab.

II X.

Sed ardua hic inter Dd. ventilatur quæstio, quid de Ban-
nito, der in des Reichs Acht oder Bann ist / statuendum sit, An
etiam illi competat *hujus L. nost.* remedium, ita, ut hic quo-
què diffamatus eo uti, & citationem ex illo, contra diffamantem
impetrare possit? Quod quidem communiter negant. Banni-
ti enim vita omnium offensionibus impunè exponitur, bonaque
ejus occupantibus conceduntur. *Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 5. n. 12.*
Ordin. Cam. part. 2. tit. 9. §. So jemand / vers. so bald auch / ibi,
sollen des / oder derselben Leib und Gut / allermänniglichen erlau-
bet seyn / und niemands daran freveln oder verhandeln können
oder mögen. Imò pro mortuo habetur. l. 1. §. 8. ff. de bonor. poss.
contr. tab. Succedit enim Bannum in locum interdictionis a-
quæ & ignis, sicuti Ordinatio Imperii interdicat Essen und trin-
cken. *part. 2. tit. 10. §. und wo er deshalben ibi, oder sonst nicht*
enthalten / hausen / herbergen / äsen noch trecken &c. Gail. 2.
obs. 86. n. 9. & de pac. publ. lib. 2. c. 1. Gædd. de contrab. & committ.
si pul. c. 7. n. 32. & seqq. Et Bannitum, quo ad territorium, in
B quo

quo est bannitus, extra protectionem juris communis esse, ist aus den Frieden in Unfrieden gesetzt / ideoque jus ipsi reddi non debere, notat idem Coedd. in consil. Marpurg: vol. 2. conf. 28. n. 112. & seqq. Cyn. in l. 1. C. de natur. liber. Bald. in auth. item quacunq; C. de Episc. & Cler. d. Ord. Cam. part. 2. tit. 9. ibi. Daß alle Verschreibungen/Pflicht vnd Bündniß ihnen zustehent / vnd darauff sie Spruch vnd Förderung haben möchten / gegen dem jenen / die ihnen verhaftet weren / ab / vnd tode seyn sollen. Vid. Coedd. all. conf. 28. n. 78. & multis seqq. Joan. Thilem. de Benign. (alias idem Coedd. uti vocatur à Gylhaus. in arbor. Judic. crimin. c. 2. t. 34. §. 7. n. 13.) in Apostasim. prodrom. Illustr. observ. pract. obs. 21. pag. (mihi) 16. Georg. Mund. d. tract. de diffam. c. 4. n. 139. & seqq.

IX.

Quemadmodum autem remedium *L. nostra* regulariter omnibus competere ex jam dictis apparet; ita quoque contra omnes regulariter intentatur, qui aliàs à limine judicii non repelluntur, & contra nos agere possunt. Georg. Mund. d. c. 4. n. 121. & seqq. Blarer. ad h. l. c. 3. n. 6. Nec gaudent in hoc remedio privilegiata personæ suo singulari privilegio. Wesenb. d. conf. 96. n. 4. Quapropter Laicum etiam, vigore hujus remedii personam Ecclesiasticam, ad judicem suum secularem trahere posse, tradit Alexand. consil. 103. consideratis. vol. 5. Sic etiam in Camera Imperiali à diffamato immediatè subjecto, non solum contra mediatè, sed etiam contra immediatè subjectum, quamvis aliàs diffamans privilegio Austregarum, vulgò der *Austräge* / gaudeat, & vigore istius privilegii causa principalis non ad Camera, sed ad Judices ordinationis, vid. Ordin. Camer. part. 2. tit. 2. 3. & 4. pertineat, processus & citatio ex hoc remedio impetrari potest. Gail. 1. obs. 12. n. 1. Quod ultimum tamen intelligendum est quo ad iudicium diffamatorium tantum, & quo ad statuendum terminum, intra quem coram iudice ordinario diffamans agat, cum comminatione, quod actione non intentatà, perpetuum silentium ipsi impositum esse debe-

debeat. Ordin. Cam. d. part. 2. t. 25. *ibi*, Wo aber der diffamirt,
ohne Mittel dem Reich / aber in erster instanz dem CammerBe-
richte nicht vnterworffen / vor dem Richter / dahin die Sache or-
dentlich gehöret / eine genante Zeit / seine Klage vorzubringen / mit
dem Anhange / Wann er das nicht thete / daß ihme ein ewig still-
schweigen aufferleget seyn sol / angefeket / vnd sonst vermöge Key-
serl. &c. procediret werden. Gail. *all. obs. 12. n. 1.* Contra Ban-
nitum tamen remedium *b. l. de jure non competere verius*
videtur; Videat. Gravæus concl. 9. consid. 1. circ. fin. lib. 1. Hac
enim ratione per indirectum ipsi concederetur, quod directo
denegatur, & cum jura sua in judicio agendo proponere non
possit, frustrâ decerneretur citatio. Gail. *de pac. publ. lib. 2. c. 11.*
n. 7. 8. 9. & c. 12. n. 24. & seqq. Dissent. Georg. Mund. all. tr. de dif-
fam. c. 4. n. 167. Blarer. ad b. l. c. 3. n. 9. Videatur quoq; Autor decis.
Cameral. verbo Bannitus. Et quod Bannitus citatus ex
L. diffamari, audiri non debeat, sed à limine Judicii repellen-
dus sit, tractat Joan. Gædd. *all. conf. 28. n. 118.* Sic etiam contra
non diffamantes regulariter non datur. Cagnol. *ad b. l. nost. n. 14.*
absque summaria enim diffamationis probatione, processus &
citatio ex hac lege non decernitur, *infr. tb. 14.* Cum totum hujus
remedii fundamentum, in diffamatione, jactatione, gloriatio-
ne & traductione aliqua consistat. Mazoll. *consil. 14. n. 31. Coth-*
man. conf. 50 n. 4. & 5. vol. 3. Interdum autem casus evenire po-
test, ut ratione quorundam diffamantium, generale judicium,
contra quoscunque jus in aliqua re prætendentes, etiam ad-
huc tacentes fundetur, uti in concursu Creditorum, in cau-
sa Brandenburg / contra Brandenburgische Creditores, in Ca-
mera ita observatum fuisse, testatur Gylman. *in Symphor. sup-*
plicat. part. 1. tit. 9. in exam. processus L. diffamari. n. 10. Videat.
Blarer. ad b. l. cap. 6. n. 73. & multis seqq. Mund. in d. tract. c. 5. §. 3.
n. 181. & seqq.

X.

Nullam vero unquam legem esse scriptam, quæ plures
habeat in natura causas, quæq; hisce corruptis temporibus ma-



gis conveniat, dicit Oldend. *ad h. l. nost. n. 1.* Blarer. *ad eand. n. 5.*
Moribus enim remedium *L. nostr.* ita latissimum est, ut tam
Civiles quàm Criminales controversias, Gomez *variar. resolut.*
lib. 3. cap. 1. n. 18. Boer. *decis. 255. n. 7.* Marant. *in specul. part. 4. di-*
stinct. 21. n. 6. tam reales quàm personales injurias. Boer. *d. decis.*
Gail. 1. obser. 9. n. 2. Heig. *part. 1. quest. 8.* Matrimoniales quoque,
Anton. Gabriel. *comm. concl. lib. 2. de action. concl. 6. n. 10.* Contard.
ad h. l. c. 3. n. 168. Beust. *de jure Connubior. part. 1. c. 32. & aliquot*
seqq. Et feudales quoque causas complectatur. Wesenb. *conf.*
6. n. 22. Schrader. *tr. de Feud. 2. part. principal. 9. sect. 14. n. 62. pag.*
(mihi) 750. Contard. *c. 2. n. ult.* Ita, ut Blarer. *ad. h. leg. cap. 6. n. 68.*
hoc remedium ad omnes res, casus & personas extendi posse
opinatur. Unde etiam fit, ut hoc *L. nostr.* iudicio, nulla alia
actionis formula in foro celebrior, communior, atque frequen-
tior existat, quod exinde clarum est, quod *bujus L. nostr.* nomen
omnibus hodiè in ore, ac notissimum sit, inquit idem Blarer.
c. 12. n. 1. Videat. Ripa. *respons. 85. n. ult.* Mynsing. *cent. 5. obser.*
81. n. 2. Gail. *1. obs. 9.* Boer. *d. in loc.* Blarer. *in epist. nuncup. ad h. l.*
& c. 2. ferè per tot. Et quamvis in Ordinatione Camerae *part. 2.*
t. 25. tantùm ad causas graviores, vff Friedbruchliche Schmach;
vnd andere dergleichen Sachen/ quarum exitus ad turbationem
pacis spectare potest, restrictum videatur, Kubach. *cent. 3. It-*
lustr. quest. decur. 10. quest. 6. Blarer. *c. 1. n. 8. vers. que quidem*
legis diffamari, &c. At tamen restrictionem istam solummodò
ad eos casus, quando diffamatus Jurisdictioni Camerae, aut
immediatè non est subjectus, aut immediatè quidem, sed spe-
ciali Austregarum privilegio exemptus, pertinere verius est:
Nam quando Diffamatus Camerae in prima instantia iudi-
cem recognoscit ordinarium, tunc, non quidem beneficio
Ordinationis Camerae, sed ex practica juris communis proces-
sum *ex hac lege* impetrare potest, ob generalitatem textus in
Ordin. Cam. *part. 2. tit. 27. ibi.* Das alle vnd jede Personen vnd
Sachen/die der Keyserlichen Jurisdiction, ohne Mittel vnterworff-
fen/ vnd durch sonderbare Aufträge oder andere Privilegien, &c.
nicht

nicht aufgenommen sind / an den Keyserlichen Cammergerichte
vorgenommen vnd gerechtfertiget werden sollen. Gail, d. 1. ob-
serv. 10. n. 9. ubi pro vocabulo diffamator, diffamatus legem-
dum est.

XI.

Omne autem Judicium regulariter constituitur tribus
personis, Actore, Reo & Judice. c. forus vers. in omni. X. de V. S.
Et absq; hisce personis judicium non datur. Donel. 17. comment.
c. 4. Præsertim Civile; nam quo ad criminale diffidendum non
est, quod in illo res interdum aliter se habeat, & ibi per fi-
sionem Fama loco Accusatoris esse possit. c. qualiter & quan-
do X. de accusat. Marant. part. 2. n. 3. Quis autem in judicio
L. nostr. diffamari Actoris & Rei partes sustineat? & quinam
Judex ad eundem sit? inter Dd. non convenit. Quidam enim
Diffamatum Actorem & Diffamantem Reum constituunt, pro-
pterea, quod is dicatur Actor, qui prius ad judicium provoca-
vit, l. tribus ff. de judic. & d. c. forus. Prius autem Diffamatum
ad Judicium provocare palam est, Decius conf. 487. n. 10. & conf.
686. in fin. Francisc. Ripa responsib. 1. cap. 8. n. 7. Paul. de Castr. in
l. in criminali 5. n. 3. circa fin. Et horum sententia in hac L. nostra
benè fundata est. supr. ib. 3. Quidam verò Diffamatum Reum
& Diffamantem Actorem esse affirmant, propterea, quod Dif-
famatus in rei veritate non prius provocet, aut Diffamantem
in jus vocet, sed propter diffamationem stimulatus veniat,
non ut agat, sed ut seipsum conveniendum & defendere para-
tum offerat. Georg. Mund. alleg. tr. c. 5. §. 1. n. 10. Gravett. Consil.
182. n. 2. ubi inquit, ad cognoscendum quis Actor sit vel reus,
non considerandum esse, quis in judicium vocatus fuerit, sed
respiciendam petitionem & originariam causam. Blarer. c. 4. n.
n. ibiq; alleg. Rectius alii videntur sentire, qui inter judicium
Diffamatorium, in quo de Diffamationis veritate & imposi-
tione perpetui silentij tractatur, & judicium principale, in quo
Diffamans intra terminum præfixum actionem principalem
instituit, & de jure suo agit, distingvunt, & in illo Diffamatum

B 3

Acto-



Actorem, Diffamantem Reum, in hoc verò, Diffamatum Reum, & Diffamantem Actorem esse asserunt. Gail. 1. observ. 11. n. 2. Boer. d. decis. 225. Panorm. in cap. in presentia de probat. Quirin. Kubach. illustr. quest. d. cent. 3. decur. 10. quest. 6. Hæc enim duo Judicia distincta & separata esse, exindè apparet, quod eo ipso, quando principalis actio instituitur, judicium Diffamatorium evanescat, *infr. th. 17.* Et quamvis forsan non improbabiler defendi posset, quod etiam quo ad judicium diffamatorium Diffamatus Actor propriè non sit dicendus, cum agere sit jus persequi, quod sibi debetur, *in prin. Inst. de action.* Diffamatus autem nullum jus sibi debitum prosequatur, sed tantum officium Judicis impleret, *supr. th. 5.* Tamen cum hæc distinctio non solum in Camera Imperiali recepta & approbata. *d. part. 2. tit. 25. ibi,* So die ansuchende Partey/ die in der Hauptsache antwortet/ &c. & *in fine,* sondern die Sache in beyden Puncten / der Diffamation vnd Hauptsache/ &c. Sed etiam in foro Saxonico observata, ubi post institutam actionem principalem, sententia ita formatur, In Sachen A. Klägers/ vnd in judicio principali Beklagens an einem / B. Beklagten / vnd nunmehr Klägern am andern Theil/ &c. meritò eam retinendam esse putamus.

XII.

Judex competens in hoc judicio rectè constituitur is, cujus Jurisdictioni Diffamatus, tanquam Reus in causa principali, subiectus est. Blarer. *ad b. l. nost. c. 4. n. 2. & seqq.* Gail. *d. observ. 9.* Mynsing. *6. obs. 90.* Alexand. *Consil. 103. & Dd. communiter.* Actor enim tenetur sequi forum Rei, *per l. f. C. ubi in rem actio. l. juris ordinem C. de jurisd. omniū Iud.* Jam verò ratione originis & respectu causæ principalis, quæ magis quam accidentalis attendenda est, *arg. l. qui habet, ff. de tutel. Gravett. cons. 182. n. 2.* Diffamatum Reum & Diffamantem Actorem esse, apparet *ex th. preced.* Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 9. n. 6. & 7.* Et cum Diffamans de re aliqua Diffamatum vel errore, vel malitiâ prius traduxerit, videtur tacitè Diffamati elegisse judicem, & id, de quo

de quo eum traduxit, coram illo persequi voluisse. Kubach
d. cent. 3. decur. 10. quest. 6. Propterea etiam Diffamatum velu-
ti Reum in causa principali, omnibus ac singulis beneficiis, quæ
aliis Reis indulta sunt, & competere possunt, frui, & instar alio-
rū Reorū quascunq; exceptiones sibi competentes jure oppo-
nere posse, tradunt Contard. *ad b.l. nost. c. 5. n. 8.* Cagnol. *ibid. n. 4.*
& *ibi allegat.* Dd. Quemadmodum igitur Reus plures habens ju-
dices, non nisi coram ordinario suo competente Judice primæ
instantiæ regulariter conveniri potest ac debet; Ita etiam Dif-
famato Reo licitum non est, ut neglecto judice primæ instantiæ,
statim superiorem, ad quem per Appellationem demum per-
venitur, Dd. *ad tit. C. qu. Imper. inter pupill. & c. adeat,* & ita
Diffamantem in ipsius præjudicium privilegio primæ instantiæ
defrauder. Mund. *all. tract. c. 5. §. 1. n. 53.* Blarer. *d. c. 4. num. 40.*
Gylman. *all. loc. n. 9. & 20.* Quo inclinare etiam videtur textus
in *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 25.* *ibi auch dardurch den Parteyen/
wieder der Keyserlichen Mayst. vnd des Reichs Ordnung / ihr Or-
dentlich gericht vnd Instanz abgeschnitten vnd entzogen werden.*
Quod si Diffamatus plures judices competentes, qui in juris-
dictione pares sunt, habeat, eo in casu per præventionem qui-
dem eligere potest, quinam Judex in Judicio Diffamatorio
terminum ad agendum statuere, aut postea diffamanti agere
nolenti vel cessanti, observato processus ordine, perpetuum si-
lentium imponere debeat; Diffamans autem, coram eo ipso
Judice actionem quoque principalem præcisè instituere non
tenetur, sed sufficit, modò intra tempus sibi assignatum, actio-
nem in causa principali; coram alio diffamati judice compe-
tente, intendat. Et ita præventio in Judicio diffamatorio,
præjudicium in causa principali non parit. Zanger. *de except.*
part. 2. cap. 13. n. 14. & seqq. Gail. *1. observ. 11. n. 3. & seqq.* Berh.
Grævus *lib. 1. Concl. pract. 11. n. 3.* Dissent Blarer. *d. c. 4. num. 40.*
Georg. Mund. *d. c. 5. §. 1. n. 36. & seqq.* Sic etiam licet in Ca-
mera Jurisdictio inter illas quoque personas, quæ in prima in-
stantia Camerae subjectæ non sunt, in causis fractæ pacis & atro-
cium

ciam injuriarum, in po: l. *nost. diffamari* fundata sit; ta-
men & hoc non aliter procedit, quàm quo ad Judicium diffamatorium tantùm, ad cognoscendum videlicet, de veritate traductionis & diffamationis, & quo ad statuendum terminum agendi in Judicio Ordinario (nisi continentia causæ aliud suadeat, *Gym. d. tit. 9. in exam. process. ex l. diffamari. num. 8.*) vel ad imponendum perpetuum silentium. *d. tit. Ordin. Cam. s. wo aber der diffamirt ohne Mittel &c.* Discussio enim puncto diffamationis, causa principalis juxta Ordinationem, ad judicem Ordinarium remittitur, ita, ut diffamanti terminus ad agendum coram Judice ordinario statuatur, intra quem si actionem principalem non proposuerit, ad impositionem silentii, in Camera ad instantiam diffamati ulterius proceditur. *Joan. Tylem. de Benign. in prodrom. Illustr. pract. Observ. 70. pag. (mihi) 40. Gail. 1. observ. 12. n. 1.* Quando verò diffamatus, neque immediatè jurisdictioni Camerae est subjectus, neque causa sui natura eo spectat, tunc Jurisdictio non est fundata, & processus non decernitur. *d. tit. 25. Ordin. Cam. s. Wo aber der diffamat. &c.*

XIII.

Cum autem Judex, nisi rogatus, officium suum interponere non soleat. *l. ut fundus ff. commun. dividund. l. 4. s. hoc autem judicium, ff. de damno infect.* Et ipsi, antequam processum & citationem decernat, prius de facto constare debeat, *Mindan. 1. de process. 1. n. 6.* Primò omnium Libellus supplex, qui etiam preces & precatio. *l. 8. C. de precib. Imper. offer. l. 1. § 2. C. quomodo. § quand. Judex sentent. l. 7. C. de rescript. l. 9. § 4. ff. de officio procons. § legat.* Item petitio, postulatio, oratio supplex, plerumque verò supplicatio. *l. unica. C. de SCris. l. 6. C. si cert. petat. l. 17. C. de transaction. l. 10. C. de jud. Novell. 2. § 1. vocatur,* pro impetrando processu & citatione, à Diffamato offerendus est, aliàs citatio proprio Judicis motu emissa, nullius est momenti, *Gail. 1. observ. 50. n. 3.* Habebit verò hæc supplicatio sua requisita necessaria, quæ in his principaliter consistunt,

1. Ut

I. Ut fiat in scriptis: *arg. l. 1. §. 1. C. de precib. Imper. Offen.*
Nam quamvis interdum etiam viva voce Citationes, præser-
tim in judiciis inferioribus, & causis minoribus, impetrari pos-
sint; Obrecht. *de form. libell. c. 2. n. 7.* tamen de stylo Camerae,
non solum in processu L. diffamari, sed etiam in quibuslibet
causis, supplicationes scripturam requirere, patet ex *Ordinat.*
Cam. part. 1. tit. 22. §. 4. ibi, Sollen sie solches in Schrifften /
durch Supplicationes thun. Blarer. ad b. l. nost. cap. 5. num. 8. §.
seqq. Id quod in Curis quoque provincialibus Saxoniae, in ob-
servantia esse, quotidiana praxis docet. II. Continebit no-
men Judicis Obrecht. *d. cap. 2. num. 6. §. seq.* quod aut expri-
mendum, aut ita ab officio vel jurisdictione describendum, ut
de ipsius persona sine dubio constare possit. III. Nomen Sup-
plicantis, ut appareat, quis agere velit. *Mindan. 1. de process. 6.*
num. 22. Et ut iudex imploratus certus sit, an respectu diffa-
mati tanquam Rei in iudicio principali, jurisdictione ipsius sit
fundata. IV. Nomen Citandi. *Mindan. d. in loc. n. 2.* ut vide-
licet constet, contra quem agatur, & quis debeat citari: Sic,
quando contra plures tanquam singulos agitur, omnes ac sin-
guli Citandi in supplicatione nominandi, *arg. §. item welcher*
tit. 22. part. 1. Ordin. Camer. Idcirco non sufficit, quibusdam
expressis, reliquos vocabulo Consortum designare. Obrecht.
disput. 27. thes. 280. nisi omnes Citandi in libello antea nominati,
tunc enim in progressu causae sufficeret, si unius nomine ex-
presso, reliqui vocabulo Consortum denotentur. Hinc in
Camera, in causa *Nürnberg* / contra Marchionem Albertum
& socios eidem adherentes, denegati sunt processus *Auff die*
Acht / quod nomina Sociorum non fuerint expressa. *Mynsing.*
cent. 5. observ. 50. Limitatur tamen eo in casu, quando Con-
tradictores sunt incerti, & petitur, ut per edictum citentur o-
mnes in genere, quorum interest. *Gail. 1. observ. 57. num. 6.*
Quando verò contra plures universè, videlicet contra Civita-
tem agitur, non opus est omnium nomina exprimere, sed suffi-
cit, si Consules & Senatores in genere nominentur. *Mynsing.*

C

cent.



cent. 1. observ. 76. & 2. observ. 66. & 3. observ. 18. V. Commodam facti narrationem, quæ non in nimia verborum prolixitate, sed in nervosa brevitate consistit, textus est in den Neuen Proceß vnd Gerichts Ordnung tit. von Advocaten vnd Procuratoren. *ibi* wie auch aller unnötigen weitläuffigkeit enthalten/ ihrer Klienten vnd Principalen notturrfft kurtz vnd nervosè einbringen. Wittenb. Hoffger. Ordnung. *sub tit.* Ende der Procuratoren, *ibi* mit wenig vnd notturrfftigen Worten. Brevitas enim locutionis gratiam parit. Ludov. Rom. *singular.* 746. *vers. nam & brevitatis. arg. cap. desnimus 21. in fin. caus. 18. quest. 2.* nimia autem prolixitas & loquacitas parum utilis & nimis tædiosa est. *l. ampliolem §. in refutationis C. de appellat.* Cardinal. Tusch. *Lit. L. verbo loquendum num. 2. & seqq.* Sic etiam Supplicans non debet uti verbis obscuris, ineptis, obsoletis & incognitis, ne causam, cui lucem afferre debet, obscuriorem reddat: Aliquoties enim Illustrissimis etiam Principibus, propter inordinatam verbositatem processus in Camera denegatos esse, cum hoc decreto, wosern supplicant eingezogener vnd förmlicher petiren würde / soll darauß ergehen. &c. refert Mindan. *1. de process. 4. n. 6.* VI. Causam petendi, quæ ex facto descendit, Contard. *ad b. l. nost. c. 5. n. 29. & ex jure & Constitutionibus desumitur.* VII. Et aptam petitionem & conclusionem: In hac enim tota vis libelli supplicis vertitur, & Judex potissimum ad illam respicere debet. Semper autem in illa officium Judicis implorandum est, ut diffamanti terminum certum ad agendum constituat, & non comparenti neque agenti, per sententiam suam perpetuum silentium imponat. Blarer. *ad b. l. cap. 5. n. 22.* Cagnol. *ad eand. n. 23.* Boer. *d. decis. 225. n. 9.* cui petitioni plerumq; subjiciuntur clausulæ salutares, uti à pragmaticis vocantur, de quibus tractat Georg. Mund. *all. tract. c. 5. §. 2. n. 39. & seqq. usq; ad n. 52. & ab eo alleg Dd.*

XIV.

Præter hæc relata requisita necessaria, ad obtinendam Citationem ex practica *L. nost. diffamari*, ulterius opus est, ut

ut supplicans, diffamationem factam esse, aut per Instrumen-
tum publicum, aut per literas, aut picturas, quibus diffamans
diffamati personam, famam vel jus competens lædere ausus
fuit, vel per alium modum probet. Boer. *d. dec. 255. num. 7.*
Anton. Gabriel. *com. concl. lib. 2. t. 2. de action. concl. 6. n. 24.* Gail.
1. observ. 10. num. 7. Blarer. *all. cap. 5. n. 9.* Licet enim aliàs re-
gulariter, quo ad fundandam jurisdictionem, in extrahendis
processibus nudis narratis supplicantis credatur. Gail. *1. obs.*
31. n. 1. dummodò de falsitate aperte non constet; tamen hoc in
practica *L. nost.* non procedit, sed summaria quædam cogni-
tio, ratione factæ diffamationis præcedere debet. Ordinat.
Cam. *part. 2. t. 25. ibi* daß auch Cammer Richter vñnd Beyfizere /
ehe vñd zuvor sie solche Proceß erkennen / durch Schriftliche oder
andere glaubliche Befunde vñnd anzeigen / informiret vñnd berichtet
sein. Latè Blarer. *ad h. l. cap. 1. n. 9. & seqq.* ubi quoque vitia quo-
rundam judiciorum, in quibus Judices, diffamatione non pri-
us probatâ, citationem decernunt, taxat atque reprehendit,
simulq; cautelam pro citato tradit. Propterea diffamationis
probatio, unâ cum supplicatione Judici, ad ipsius informa-
tionem, rectè porrigitur. Blarer. *cap. 5. n. 10.* & quantum peri-
culi vel præjudicii, vel dedecoris, vel detrimenti ex ejusmodi
diffamatione immineat, quatenus quoque non ita diffamari,
diffamari intersit, demonstratur. Blarer. *all. c. 5. n. 25.* Im-
pensas quoque quas diffamatus ratione probandæ diffamatio-
nis, & in extrahendo processu ratione litis fecit, in libello sup-
plicationis peti posse, nullum dubium est. Mund. *all. tract. de*
diffamat. cap. 5. n. 91. ubi n. 29. aliquot præjudicia Cameralia ad-
dit. Wefenb. *cons. 96. n. 23. in fin. vol. 2.* Et Judex diffaman-
tem non comparentem in istas, diffamato, si petitæ sint, conde-
mnare debet, alias litem suam facit. Blarer. *all. cap. 5. num. 38.*
Usitatè autem in fine supplicationis ita solent peti, vñd solches
alles mit erstattung derer diffals verursacheren Schäden vñd Un-
kosten / de futuris protestando. &c. Tandem Supplicans benè
prospicere debet, ut in supplicatione scripturam probam & ad



legendū facilem adhibeat: Utur enim rectē & eruditē conce-
pta sint supplicationes, scripturam tamen assequi non valeas.
Quid aliud dicit Accursius quā græca esse, quæ legi non pos-
sunt, inquit Petr. Frider. Mandan. 1. de process. cap. 6. n. 11. alle-
gans ad hoc textum in visitat. anno 64. & anno 69. ubi procuratori-
bus expresse injunctum, daß sie die Supplicationes nicht vnrichtig /
vnförmig vnd vbel geschrieben sollen eingeben / mit vorbehaltener
Straff nach ermessung. Georg Mund. in alleg. tr. de diffamat.
cap. 5. n. 130. Supplicatione hoc modo perfectā, in foro Saxo-
nico adhuc requiri videtur, ut à Concipiente, eruditionis suæ
testimonio instructo, Process Ordnung tit. Von den Advocaten
vnd Procuratorn in gemein 3. 5. Besonders aber &c. manu propria
subscribatur. Curs. Sächs. Polit. y Ordnung / sub tit. von Justi-
tzen sachen / vers. ob nun wohl. ibi, so soll forthin von vnsern Unter-
thanen keine Supplication, so von den Richter nicht selbstn mit
eygenen Händen unterschrieben / angenommen werden. Formu-
la Supplicationum pro Citatione & processu, ex practica
L. diffamari &c. impetrando, possunt videri apud jam alleg.
Georg. Mund. d. in loc. num. 132. & seqq. usq; ad finem istius cap. &c.
Gylman. Symph. Supplicat. tom. 1. part. 1. tit. 9.

XV.

Supplicatione ita Judici porrectā, & diffamatione cognitā,
Judex Citationem rectē decernit: Quæ citatio pro primo Ju-
dicis præparatorio habetur, quo in forum aperitur aditus. Lan-
franc. de Orian. Pract. Judic. cap. 1. de citat. n. 1. Curs. Sächs. N.
Process vnd Gerichts Ordn. tit. von der citation, ibi Audiemeiß.
die citation dz erste fundamentalstück des Processus ist &c. & sem-
per juxta stylum Judicii facienda. Bald. in l. cessante, n. 8. C. quo-
mod. & quand. Judex sent. Afflictus decis. 133. n. 3. & decisio. 253.
n. 4. Vant. de nullit. sent. ex defectu citat. n. 31. ne aliās invalida
sit, & vitio aliquo labores, tunc enim nullum producit effe-
ctum, & si super ea proceditur, totus processus & sententia
potest impugnari. Vant. all. loc. num. 10. & 22. Rutger. Ru-
land. de Commiss. lib. 2. cap. 3. num. 1. part. 1. Ut autem legiti-
ma sit

ma sit citatio, hæc potissimum requisita in se complecti de-
bet: I. Nomen judicis Citantis; Ut citatus intelligat,
utrum à judice competente sit citatus, nec ne? Lanfranc. de
Orian. d. cap. 1. n. 4. Extra territorium enim & Jurisdictionem
citanti impunè non pareretur. l. ult. ff. de jurisd. l. contuma-
cia 53. §. ult. ff. de judic. Gail. 1. observ. 48. n. 7. & seqq. quando
videlicet de incompetèntia manifestò constat. l. ex quacunq;
causa. 2. ff. si quis in jus vocat. non jert. ibi, ut hoc ipsum sciatur,
an Jurisdictio ejus sit. In dubio tamen citatus comparere, &
exceptiones suas incompetentiæ allegare debet. Gail. 1. ob-
serv. 48. n. 8. Bernhard. Gravæus. 1. concl. 48. confid. 2. per tot.
II. Nomen & cognomen citandi; ut cognoscat, an citatio
ipsam concernat, nec ne? Mynsing. 5. observ. 50. n. 2. Rutger.
Ruland. de commiss. lib. 6. c. 3. n. 4. Quemadmodum autem
in Supplicatione omnes citandi nominandi. supr. ib. 13. ita
etiam in Citatione omnium nomina exprimenda, Mynsing. 6.
observ. 50. n. 5. nisi Universitas vel Civitas citanda sit. Mynsing.
d. observ. n. 3. Bernhard. Gravæus. 1. concl. 49. n. 8. III. No-
men & cognomen petentis citationem. Gravæus. concl. 50.
Ut citatus certus esse possit, citationem ad instantiam partis
esse decretam, aliàs enim non valeret. Coler. de process. exe-
cut. part. 5. cap. 2. n. 30. & seqq. & ut eò melius deliberare pos-
sit, an contendere, an verò cedere velit. Vant. de nullit. d. c. 1.
n. 49. IV. Causam ob quam citatur: textus in Ordinat.
Cam. part. 3. tit. 12. §. vnd sollen in solchen Ladungs Brieffen/ & c.
Rationem reddit Rutger. Ruland. d. c. 3. n. 5. Ut videlicet ci-
tatus instruat de iis, super quibus sit agendum; hinc provi-
dè & circumspèctè facit Judex, quando libellum una cum
citatione citando transmittit, vel eundem citationi (uti in
Curis Saxonix Provincialibus observatur) inseri curat, ne po-
stea demum citatò tempus deliberandi dare, necesse habeat.
Georg. Mund. d. tr de diffam. cap. 5. §. 3. n. 62. V. Locum Ju-
dicii, seu tribunalis: Lanfranc. de Orian. d. cap. 1. n. 4. Bern-
hard. Gravæus 1. conclus. 52. Locus autem debet esse tutus, tam
ab insidijs, quàm contagione vehementiori, ita, ut vocatus,

ad eum sine periculo pervenire & liberè redire possit. *Clem. Pastoralis. de sent. & re judic. vers. notorium quippe.* Rutger. Ru-
land. d. cap. 3. n. 14. & 17. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 46. n. 74.
& seqq. Blarer. ad h. l. c. 8. n. 109. Simplex enim citatio sal-
vum conductum non tribuit, quamquam vulgò dicatur, die
citation bringe das Gleidt mit sich/ & hoc juri communi con-
gruere ait Daniel Moller. 2. Semest. in pr. & 2. Semestr. 2. n. 2.
VI. Tempus justum ac legitimum, cum diei certi expressione.
Ordin. Camer. d. part. 3. tit. 12. §. Als auch. Quod tempus in
Camera arbitrarium est, pro ratione propinquitatis & longin-
quitate locorum. Ordin. Cam. d. §. Als auch/ ibi, ein geraumb-
ter vnd benenter Tag/ in den Ladungs Brieffen/ nach ermesigung
des Cammergerichts. Gail. 1. observ. 53. n. 20. Blarer. cap. 5. n. 2.
In foro Saxonico & judiciis Provincialibus, singulæ citatio-
nes peremptoriæ spacium sex septimanarum & trium dierum
continere debent. Appellat: Ordnung. tit. von außbringung der
Ladung. Neue Proc. vnd Ger. Ordnung tit. von der citation, &
tit. wie wider die aussenbleibende Partheyen & c. §. im Fall aber & c.
Zanger. tr. de exception. part. 2. cap. 6. n. 8. & seqq. Quod tem-
pus à die executæ & insinuatæ citationis currere incipit. d. tit.
wie wider die Aussenbleibende & c. in der N. Proc. vnd Ger. Ordn.
ibi, von der Zeit an solcher insinuation, die vollkommene Sächsi-
sche Frist/ als Sechs Wochen vnd drey Tage/ gehabt habe. Zan-
ger. d. in l. n. 10. Quod si unicus dies defuerit, citatus ob con-
tumaciam ultra expensas termini condemnari nequit. Appel-
lat: Ordnung. tit. wie wider die aussenbleibende Partheyen & c. ibi,
mag er weiter nicht als in die expens vertheilet/ vnd ihme die Ant-
wort bey Straff Ungehorsams aufserleget werden. Berlich.
conclus. practic. part. 1. concl. 10. n. 15. Præter hæc requisita ge-
neralia, in citatione ex practica *L. nostr. diffamari*, & hoc sin-
gulariter observandum, ut fiat cum hac conditione, si diffa-
mans sua putaverit interesse, adjunctâ comminatione, quod si
intra tempus destinatum non agat, amplius audiri non debeat.
Blarer. ad h. l. cap. 6. n. 6. Schurf. cons. 34. n. 9. & cons. 75. n. 10. For-
mulæ citationum ex practica *L. nostr.* possunt videri apud
Mund.

Mund. Sapius all. tr. de diffam. c. 5. §. 3. n. 231. & aliq. seqq. & Blarer. c. 5. n. 50. & 74.

XVI.

Decretâ, & in hunc modum perfectâ citatione, requiritur ejusdem executio, & desuper necessaria factæ executionis nuncij relatio; Fit autem executio citationis aut per nuncium juratum, aut etiam per Notarium, Gail. 1. observ. 54. n. 6. Et quidem in personam ipsam citandi si possibile est, vel si copia ejus haberi non potest, in domum vel familiam, vel si nemo sit, cui insinuari possit, citatio valvis ædium, in quibus citandus domicilium habet, duobus vel tribus adhibitis testibus, congruo tempore affigi debet Denais. tr. Jur. Camer. 228. n. ult. Lanfranc. de Orian. d. c. 1. n. 3. Modum hujus executionis habemus præscriptum in Ordinat. Camer. part. 1. tit. 38. wie vnd welcher Gestalt ein jeder Bothe die Precess exequiren, vnd derhalten relation thun soll. Gail. d. observ. 54. per tot. Ut autem de legitimè factâ executione appareat, Relatio nuncii ad acta diligenter annotari debet, ad hoc, ut sit pars actorum. Hæc enim relatio quo ad validitatem citationis, necessarium requisitum est. Menoch. consil. 746. n. 19. Ludolph. Schrader. de feud. part. 9. c. 7. n. 42. Mynsing. cent. 1. observ. 77. Et quidem de jure Camerali, nuncius relationem ad finem Originalis citationis conscribere tenetur, ut Judex videat, an citatio ritè executioni sit demandata. d. tit. 38. Ordinat. Camer. §. vnd sol der Bothe. possitque in contumaciam non comparentis proclama decernere. Gail. d. observ. 54. n. 7. Quod si culpâ vel imperitiâ nuncii executio legitimè non sit facta, suis sumptibus ex integro eam facere tenetur. text. in d. tit. 38. §. fin. ibi, vnd der Bothe die Execution oder Verkündung wiederumb von Newen/ auff sein selbst Kosten/ vnd ohne Nachtheil der Partey zu thun/ angehalten werden/ Et præterea poena arbitraria carceris, vel depositionis ab officio, vel alterius generis punitur. text. in Ordinat. Camer. part. 1. tit. 55. von Straff der Boten. Notarii verò instrumentum factæ executionis

tionis conficere debent, quod loco relationis ad acta ponendum est. Gail. *d. observ. 54.* In Curiis Provincialibus Saxoniae, citationum executiones plerumque fiunt per nuncios juratos, quorum relationes, nisi schedulam à citato loco recognitionis reportent, actuarius diligenter ad acta annotare tenetur, juxta modum praescriptum in der Neuen Proceß- und Gerichtsordnung *all. tit. von der citation, ibi, und die Execution, oder beschehene insinuation, wann/wie/an welchen Ort/ und wem sie geschehen/ zu rück bringen / und mit Fleiß registriren lassen.* Et nunciis istis, in relationibus tanquam personis Juratis, regulariter plena fides adhibetur. Gail. *d. observ. 54. n. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 119. n. 1.* Vatqui: *Illustr. quest. c. 24. n. 1.* Blarer. *ad h. l. nostr. c. 5. n. 50. in fin.*

XVII.

Finis insinuatæ citationis aliàs est citati comparitio. Nicò Ummius. *in disp. ad process. judic. 5. n. 68. arg. l. 47. & ibi Dd. ff. de re judic.* At in nostro *L. diffamari* judicio finis principalis citationis est, ut citatus deliberet, ejusque voluntati relinquatur velitne agere, vel non? Gylman. *Symphor. Supplicat. part. 1. tit. 9. n. 18. pag. (mhi) 558.* Blarer. *cap. 5. n. 66.* Est enim citatio hæc non coactiva, sed voluntaria, & nihil aliud quam admonitio ad explorandum voluntatem citati, Blarer. *ad h. L. nostr. c. 4. n. 6.* Si igitur citatus diffamans sua interesse putans, & probationibus suis confidens, in termino compareat, & jus suum, quod contra diffamatum prætendit, deducere velit, necesse est, ut ordinarium & solennem processum, ejusque debitas & à jure requisitas solennitates observet. Georg. Mund. *d. tr. de diffamat. cap. 5. §. 4. n. 4.* Blarer. *ad h. l. nostr. cap. 7. n. 9. & cap. 9. in pr.* Gylman. *all. loc. n. 15.* Et tunc libellus porrigitur, Exceptiones opponuntur, lis contestatur, juramenta deferuntur, testes & instrumenta producuntur, & reproducuntur, contra testes excipitur, attestata publicantur, super iisdem di-

spu-

spuratur, ad sententiam concluditur, sententia concipitur, legitime concepta publicatur, & in summa, omnia, quæ ad processum ordinarium spectant, peraguntur. Blarer. Georg. Mund. & Gylman. *alleg. loc. Cagnol. ad h. l. nost. n. 11.* Unde & Reo diffamato exceptiones dilatoriæ salvæ manent, & satisfactionem & guarandæ præstationem, secundum stylum fori Saxonicæ rectè petit. Hartm. Pistor. 4. *quæst. 15. n. ult.* Blarer. *d. c. 7. n. 113.* Uti etiam omnibus & singulis beneficiis, aliis Reis competentibus fruitur, & quascunque exceptiones jure opponit. Blarer. *d. in loc. Contard. ad h. l. nost. c. 5. n. 8.* Quamprimum autem diffamatus libellum in causa principali, Judici offert, sibiq; jus & justitiam administrari petit, Judicium diffamatorium *L. nost.* vires suas amittit, & quasi evanescit. Georg. Mund. *d. c. 5. §. 4. n. 4.* Blar. *c. 8. n. 1. & c. 10. n. 6.* Nam antequam libellus in causa principali offertur, diffamatus tam in citationibus, quàm etiam in sententiis semper vocatur Actor, Diffamans verò Reus; Statim autem post libelli causæ principalis oblationem, nomina mutantur, & ex Actore fit Reus, & ex Reo Actor; id quod ex usitatâ formulâ pronuntiandi, *de qua supra th. 11. in fin.* satis apparet: Quæ nomina deinceps, usque ad finem rotius processus, qui instar aliarum causarum & actionum ex jure communi & observantia dependet, Hartm. Pistor. *all. loc. in fin.* Blarer. *d. c. 7. n. 113,* immutabiliter retinent. Sed de processu isto ordinario, hîc quædam adjicere, nostri instituti non est.

XIIX.

Ad emissam igitur Citationem interdum accidit, ut Diffamans quidem compareat, sed tamen actionem in Judicio principali, non statim intendat, sed diffamationem à se factam esse neget. Blarer. *d. c. 7. n. 9.* Georg. Mund. *all. tr. d. c. 5. §. 4. n. 8.* Et hoc casu diffamatus diffamationem, in judicio diffamatorio probare tenetur. Gail. *1. observ. 12. n. 2. per l. qui accusare. 4. C. de Edendo. l. 2. ff. l. 8. l. 23. C. de probat.* Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 25. ibi,* vnd darauff die diffamation, wie sich gebüret/ in recht dargehan &c. nam quod aliquid dictum, factum vel gestum sit, non
D præsu-

praesumitur, & propterea ab eo, qui affirmat, merito probandum est. Pacian. 1. de prob. 51. n. 3. Licet affirmans aliàs sit homo expertæ fidei, negans verò communiter pro mendace habeatur arg. l. jusjurandi. C. de testibus. Mascard. de probat. conclus. 36. n. 13. Pacian. 1. de probat. 7. n. 9. cum seqq. Et ad hanc probationem diffamatio constituitur terminus probatorius, qui de jure Civili arbitrarius est, text. in l. 1. C. de dilation. c. induciae 4. §. spacium, causa. 3. quest. 3. Fachsius 1. differ. 51. n. 1. Zobel. part. 1. differ. 35. n. 1. & differ. 36. n. 1. & n. 9. Jure a. Saxonico est sex septimanarum & trium dierum, eine Sächsische Frist / LandtR. lib. 1. art. 62. §. Bezeugniß solman & c. Reichbildt / art. 75. & art. 86. Neue Proc. vnd Ger. Ord. tit. von der Beweßung. Fachs. & Zob. all. loc. Qui terminus etiã in causis summaris regulariter observatur, ob generalitatem textuum allegatorum, & Constit. Elect. August. part. 1. t. 16. Licet autem ita peremptorius sit, ut eo elapso amplius quis ad probandum non admittatur. Blarer. d. 6. §. 3. König. in process. cap. 71. n. 4. vers. dann wann er das nicht thut & c. Zobel. all. part. 1. diff. 36. in pr. tamèn interdum ex justa causa prorogari & prolongari potest, quando pars, cui probatio incumbit, infra terminum probatorium adhuc currentem, prorogationem istam petit all. text. in der neuen Proc. vnd Ger. Ordnung. tit. 20. vers. jedoch / daß solche prorogation vor endlicher verstessung derselben zeit außbracht. Rosa in addit. ad Moller. d. const. 16. n. 10. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 34. Zobel. d. part. 1. diff. 36. n. 7. Et incipit currere non à tempore latae sententiae, sed ab eo tempore, quo sententia, per quam alicui probatio injungitur, vires rei judicatae consecuta fuerit. text. in der neuen Proc. vnd Gerichts Ord. all. tit. 20. ibi von der zeit an zu rechnen / da das Urtheil seine Krafft erreicher. Fachs. all. loc. n. 3. Moller. ad. d. Const. Elect. August. 16. n. 4. Diffamatione jam legitime probata, Diffamanti iterum terminus constituitur, in quo in judicio principali agere tenetur, sub comminatione impositionis perpetui silentii. Gail. alleg. observ. 12. n. 3. Si verò diffamatus in probatione deficiat, tota causã cadit, & diffamans ab instantia absolvetur, wird der Beklagte von der angestellten diffamation Klage entbunden vnd losgezehlet / etiamsi nihil praestiterit. d. l. qui accusare

chfare C. de edend. l. 8. C. de probat. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 39. n. 1.
& 22. Sufficit enim Reo ad defensionem, negare intentionem
Actoris. l. 9. & ibi Bald. C. de except. & præterea in expensas con-
demnatur. Gail. all. loc. Ubi enim fertur sententia absoluto-
ria, actor regulariter in expensas condemnari debet. l. 13. §. 9. C.
de judic. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2. c. calumniam. X. de poenis. Lanfranc.
de Orian. in prax. cap. 11. n. 2. & 27.

XIX.

Interdum autem Diffamans citatus comparet, & exce-
ptiones sibi competentes in iudicio diffamatorio opponit, & ut
super iisdem cognoscatur, petit: Blarer. d. tract. ad h. l. c. 7. n. 9.
Georg. Mund. d. c. 5. §. 4. n. 1. Quæ Exceptiones ratione causæ & cir-
cumstantiarum variæ esse possunt, & desumuntur vel ex persona
Judicis, ut exceptio Incompetentiæ, sive Fori declinatoria, quan-
do videlicet diffamatus, Ordinario primæ instantiæ omisso,
statim superiorem, à quo appellari non potest, adiit: Blarer. d.
cap. 7. n. 11. Mund. d. cap. 5. §. 4. n. 26. Id quod etiam in Camera
Imperiali, in causa Brandenburg/ contra Brandenburgische cre-
ditores, ponderatum esse, apparet ex Gylman. alleg. tit. 9. n. 20.
fol. (mibi) 558. Et hæc exceptio primò omnium opponenda est,
ne per tacitam prorogationem in iudicem consensisse videat-
ur. Zanger. 2. de except. cap. 1. n. 4. Wurmf. tit. 8. observ. 1. n. 2.
Pacian. de probat. 45. n. 13. cum seqq. Specul. tit. de except. §. viso,
vers. porro. Item Exceptio suspicionis. Blarer. cap. 6. n. 87. & 88.
l. apertissimi 16. & ibi Jason, Suchard. & alii Dd. C. de Judic. c. si quis
contra, c. licet, X. de foro compet. Quæ exceptio etiam contra
Ordinarium iudicem, tam de jure Canon: quam de jure Civi-
li rectè opponi potest. d. c. si quis contra & c. licet. d. l. apertissimi. 16.
l. 9. in pr. ff. de liberal. caus. junct. l. 2. C. de pedan. Judic. arg. l. un. C. si
quacunque præditus potest: &c. neque enim tutum est, coram su-
specto iudice litigare, cum sine suspicionem omnes lites proce-
dere debeant. Donell. 17. comment. 25. in fin. Cujac. 9. obs. 23. in fin.



Quibus autem ex causis suspicio oriatur, tractant Lancell. in
sr. de officio prator. in caus. civil. sub tit. de exception. n. 10. & seqq. ubi
quingenta causas recusationis recenset. Marant. de appellat. n. 27. &
multis seqq. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam, c. 3. n. 10. X. de probat.
 Item Exceptio inhabilitatis, quando videlicet Judex aut est
 Impubes, Furiosus, Mutus, Surdus, Infamis, Excommunicatus,
 Bannitus, Usurarius publicus, &c. de qua exceptione agit Zan-
 ger. *lib. 2. de except. cap. 4. n. 27. & seqq.* Verum, cum hi ipso jure
 Judices esse non possint, adeo, ut si de facto cognoscant aut ju-
 dicent, judicium etiam, parte non opponente, nullum sit, Vant.
de nullitat. ex defect. Jurisdic. delegat. n. 41. ibiq; allegat. Dd. vix est,
 ut opus sit hac exceptione. Præterea Diffamanti quædam Ex-
 ceptiones, occasione loci, & facto Judicis competunt; ut est
 Exceptio loci non tuti, neque enim quis periculo sese expone-
 re tenetur. *Clement. Pastoralis de sentent & re judic. l. 2. §. si quis. ff. si quis*
cautionibus &c. Quis verò locus dicatur non tutus, tractat Zan-
 ger. *2. de except. cap. 5. n. 5. & seqq. & ab eo allegat. Dd.* Item Ex-
 ceptio termini angusti. *Blarer. d. c. 7. n. 11. in verbis, vel alias ratio-*
ne citationis vel termini in citatione assignati. qua diffamans utitur,
 quando Judex ad agendum in judicio principali, ipsi nimis
 angustum & brevem terminum præfixit. *Nov. 53. cap. 3. Nov. 112. c. 3.*
c. 1. X. de dilation. Zanger. 2. de except. c. 6. Item Exceptio feriarum,
 quando videlicet diffamans ad eum diem citatur, qui aliàs ab
 actibus judicialibus vacuus est, *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 33.*
von Bacanz vnd Ferien &c. Vel ob cultum divinum, l. 2. l. 7. l. ult. C.
de feriis. c. ult. X. eodem: Vel ob messem & vindemias l. 1. C. de fe-
riis: Vel ob mercaturam publicam. l. unica. C. de Nundin. & mer-
cat. ad quam tamen mercantiæ hebdomadales die Wochen-
märkte / non referuntur, Gravæus conclus. 53. consider. 2. n. 2. Vel
 etiam ob memoriam alicujus facti celebrandam: *Wesenb. in*
comment. n. 10. C. de feriis: & alias ob causas; de quibus possunt
 videri *Specul. de feriis. §. 1. n. 3. Gravæus. d. consid. 2. per tot. & alii ab*
his alleg.

XX.

Quædam verò Exceptiones ex Persona diffamati prove-
 niunt;

niunt; Ut est Exceptio legitimationis, *t. i. C. qui person. legit. stand. in jud. hab.* Quæ in omni iudicio, etiam summario, contra quemcunque legitimam personam standi in iudicio non habentem, competit. Menoch. *remed. recuper. poss. 15. n. 273.* Zanger. *2. de Except. cap. 8. n. 2. & 3. Ubi n. 4. tradit, quibus ex causis hac Exceptio oritur:* Et non solummodò contra diffamatum ipsum, sed etiam contra procuratorem ejus rectè opponitur: Minor tamen XXV. annis, modò de jure Civili annum XVII. §. *justa autem: Inst. qui & ex quibus caus. manum. non lic. l. 13. ff. de manum. vindict.* Et de jure Saxonico XXI. Beust. *in l. 9. §. jusjurandum. n. 4. in fin. ff. de jurejur. Landt. lib. 1. art. 42. ibi vber XXI. Jahr / so ist der Mann zu seinen Tagen kommen. compleverit, hac exceptione repelli non potest.* Cujac. *ad d. §. justa autem. Inst. qui & ex q. caus. m. non lic. n. 10. & lib. 22. obs. 16. & in tr. de pres. cap. 29.* Heig. *ad d. §. justa autem. n. 8.* Donnell. *18. comment. cap. 3.* Contra mandatum quoque procuratoris variè excipitur. Vel quod omninò nullum habeat, Vant. *de nullit. ex inhabil. seu defectu mand. n. 59. & seqq.* Et tunc neque cum cautione rati admittitur. *Neue Proc. vnd Ger. Ord. tit. 7. von Anwalden / ibi. vngeachtet / ob er gleich cautionem de rato bestellen &c. vel habeat quidem, sed sit mancum, mutilum & insufficiens, Wesenb. in parat. ff. de procur. n. 6. Specul. lib. 1. part. 3. tit. de procurat. §. 1. n. 31. licet tunc cum cautione rati admittatur. all. tit. 7. in der neuen Proc. vnd Ger. Ord. §. do auch etwa ein mandat mangelhaftig &c. Gail. 1. obs. 47. n. 2. & 2. obs. 107. n. 4. Vid. Zanger. 2. de Except. c. 18. per tot.* Insuper quædam exceptiones ex ipsa causa proveniunt, ut est Exceptio litis pendentis, qua utitur diffamans, quando lis de eaisa re, quam Diffamatus per remediū *L. nost. diffamari* forsitan ad alium iudicem trahere intendit, coram alio iudice pendeat; Gail. *1. obs. 32. n. 6.* Coler. *de process. execut. part. 4. c. 1. n. 38.* Zanger. *2. de exception. cap. 13. n. 1. & 6. ubi n. 7. & seqq. tractat, quando lis pendens dicatur.* Item libelli obscuri & inepti, de qua Zanger. *2. de except. cap. 14.* König. *in process. cap. 43. n. 4.* Item ineptæ cumulationis, Mynsing. *cent. 1. obs. 58. & cent. 2. obs. 25.* Videat. Zang. *2. de except. cap. 19. n. 12. & 21.* Sicuti remedium *L. nost. diffamari*, cum actione injuriarum in uno

D 3

libello

libello cumulari non posse, contra Georg. Mund. d. tract. de dif-
famat. c. 5. §. 2. n. 124., verius videtur. Et alia quamplurimæ,
quas circumstantiæ causarum in praxi abundè subministrant.
Quæ Exceptiones legitimo modo oppositæ, prius per senten-
tiam iudicis decidendæ sunt, antequam in causa principali pro-
cedatur. text. in Reichs Abschiedt zu Regenspurg 1594. §. Sehen
demnach/ ordnen vnd wollen/ibi, vnd vber solche fûrgewendete Ex-
ceptiones declinatorias, dilatorias, & litis ingressum impe-
dientes, durch den Richter gesprochen &c. Neue Proc. vnd Ger.
Ord. tit. 9. §. es hette dann. & §. seqq. Item. §. es weren dann. &c.

X XI.

Quod si diffamans ad emissam & legitimè infinu atam ci-
tationem, neque agit, neque excipit, sed omninò non compa-
ret, tunc Judicium *L. nost.* vires suas exercet. Georg. Mund.
d. c. 5. §. 4. n. 10. Blarer. c. 8. in princ. quod fit, quando diffamatus in
termino præfixo, diffamantis contumaciam, debito modo ac-
cusat: nam absq; accusatione nunquam contrahitur contuma-
cia. *l. ad peremptorium ff. de iudic. l. properandum 13. §. 1. C. eodem. Auth.*
qui semel C. quomod. & quand. Judex sentent. &c. Blarer. in summa *l. nost.*
n. 22. & c. 5. n. 51. Marant. de contumac. n. 1. Tessaur. decis. 13. in pr. Gail.
1. obs. 55. n. 6. & seqq. Sed citatio circumducitur, & pro nulla habe-
tur, Blarer. c. 8. n. 19. Georg. Mund. c. 5. §. 4. n. 95. per l. 73. §. 1. ff. de iud.
neque Judex super ea procedit. *Specul. de contum. §. 3. n. ult.* Neue
Proc. vnd Ger. Ord. tit. wie wider die aussenbleibende Parteyen &c.
§. Im fall aber der Beklagte vnghehorsamb aussenbliebe / sol er auff
Klagers vorhergehende vnghehorsams beschuldigung &c. Et quam-
vis Blar. c. 5. n. 4. & 14. putet, eo in casu novo libello, qui libellus
actionis vocatur à Georg. Mund. d. tr. c. 5. §. 2. n. 52. & in quo meri-
ta causæ deducuntur, Mindan. de process. extrah. lib. 1. c. 2. n. 2. & 3.
opus esse, tamen illum de necessitate non requiri, verius vide-
tur, sed sufficit, si diffamatus contenta supplicationis, quæ lo-
co libelli est, Gylman. all. loc. n. 1. breviter repetat, subjectâ accu-
satione contumaciæ, & congrua conclusione ac petitione. Min-
dan. lib. 2. de proc. extr. c. 9. n. 9. Videtur enim Blarer. all. loc. libellum
cum accusatione contumaciæ confundere, quod apparet ex
ipsum

ipſius verbis alleg. c. 5. n. 69. ubi dicit: Ut hic libellus jam nihil aliud ſit, quam contumaciæ accuſatio; & n. 70. Sicut ex hac ratione iudicium L. diffamari, ſuper ſolo diffamati libello, & legitimè ſubſecutâ citatione, contra diffamantem in termino non comparentem nec agentem &c. regulariter procedere cõſtat. Hac tamen Accuſatio contumaciæ, Ob ordinat. Cameral. part. 1. tit. 23. § Item ſollen die procuratores. ſynd die weil die lenge. Item §. vnd ob ſie etwas &c. in ſcriptis ſit. Blarer. d. cap. 5. n. 51. verſ. quod ipſum. Mund. d. cap. 5. §. 4. n. 13. In foro autem Saxonico accuſatio iſta contumaciæ elapſo jam termino dictatur in calamum. Es wird die vnghehorsams beſchuldigung vom Munde in die Feder einbracht/ Conſt. Elect. Auguſt. part. 1. tit. 1. & tit. 9. ibiq³, Moller. Ita tamen, ut diffamatus contenta libelli ſupplicis, prius ore tenis repetat, & illa viva voce ad calamum quoq; dicet. Arum. de ſiſ. n. n. 33. & ſeq. lib. 2. Berlich part. 1. concl. 13. n. 2. & 8. Et licet aliàs contumacia eorum, qui jus dicenti non obtemperant, litis damno coercetur, l. contumacia ff. de re iudic: Tamen, cum hic de pleno diffamantis præiudicio, & omnimoda juris amiſſione agatur, Gail. 2. obſ. 12. n. 5. Mund. d. c. 5. §. 4. n. 96. & de vera & præexiſtente contumacia ejus, adhuc non conſtat, ipſi in primo termino non ſtatim perpetuum ſilentium imponitur, Blarer. cap. 8. n. 17. Mund. d. c. 5. §. 4. n. 87. Bart. in l. multum intereſt ff. de condit. & demonſt. arg. l. hec autem §. non defendi, ibi conſtare debet, liquereq³ prætori, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. Sed accuſatâ contumaciâ in Judiciis Curia provincialibus in hunc ferè modum, interlocutoriè ſolet pronun- ciari, daß Beklagter die Koſten dieſes terminus/ auff Richterliche ermeßigung Klägern zuerſtatten/ nach anderweit vorgehender per- emtoriſcher ladung zuerſcheinen / vnd auff die/ wider ihn angeſtelle- te diffamation Klage ſich einzulaffen ſchuldig/ er thue nun ſolches o- der nicht/ ſo ergehet darauff ferner was recht iſt. Sic etiam in Camer. diffamanti non comparenti, non protinùs in primo termino perpetuum ſilentium imponitur, quemadmodum de obser- vantia teſtaur. Gail. d. obſ. 12. n. 5. & Gualt. Gymnic. in addit. ad Blarer. c. 8. lit. g. Formula interlocutoriæ Cameralis, poteſt videri apud eund. Gail. d. n. 5. & Mund. d. cap. 5. §. 4. n. 19.

22. Cum



XXII.

Cum igitur unica Citatio, ad impositionem perpetui silentii non sufficiat, Blarer. c. 6. n. 13. & seqq. Schurf. cons. 34. n. 9. in fin. cent. 1. Alexand. Consil. 108. viso themate. n. 7. vol. 1. Boer. d. decis. 255. n. 10. Sententiâ hac interlocutoriâ larâ, & vires rei judicatæ consecutâ, processus postulat, ut Diffamatus pro renovatione citationis supplicet, & diffamantem, ut secundum publicatam sententiam, in altero termino compareat, citari curet; arg. l. nost. diffamari verbo vocitasse. Gail. d. observ. 12. n. 4. Mund. d. cap. 5. §. 4. n. 64. & seq. ubi simul formulam supplicationis pro renovanda ejusmodi citatione habet: Quâ citatione impetratâ & legitime executâ, si diffamans in contumacia sua persistat, diffamatus, in termino præfixo, ad contumaciæ accusationem denuò procedit, & iterum petitionem suam, ut diffamanti jam notoriè contumaci, per sententiam perpetuum silentium, cum refusione expensarum, imponatur, summarie repetit. Gail. d. observ. 12. n. 6. Quo facto, cum bis citatus pro vero contumace habendus sit, & ob repetitam citationem, ignorantiam emissæ citationis allegare nequeat. Gail. 1. observ. 132. n. 6. & ibi alleg. Dd. In Camera Imperiali impositio perpetui silentii, absquè ulteriori dilatione sequitur, testante eodem Gail. d. observ. 12. n. 6. In Judiciis tamen Saxon. Provincialibus, cum etiam aliàs pro actione conservanda locum habeat moræ purgatio, l. si ita quis §. seia. ff. de Verb. Obl. l. si post tres. ff. si quis caut. Boer. d. decis. 255. n. 12. inspectis circumstantiis, & quod diffamans legitima impedimenta habere possit, interdum etiam tertia citatio decernitur, sub hac comminatione, daß Beklagter bey endlicher Straff ungehorsams zuerscheinen / vnd voriger citation volge zu leisten schuldig / mit dieser Verwarnung / daß auff sein ferners aussenbleiben / auff Klägers gebürliches ansuchen / deß gebetenen ewigen stillschweigens halber vnd sonst ergehen solle / was recht ist. Quod si ad emissam citationem Diffamans & tunc contumaciam contumaciâ cumulet, ipsi ad iteratam diffamati instantiam, tandem silentium perpetuum imponitur, hâc usitatâ formulâ. Auff anderweit beschuldigten Ungehorsamb / in Sachen L. diffamari. A. Klägers an einem / B. Beklag-

Beklagten solcher Sachen halber nicht mehr ein wenig stillschweigen
auffulegen sey / als wir ihm dasselbe hiermit aufflegen / vnd ist
darneben die Gerichtskosten dieser instanz vff Richterliche ernest-
gung Klägern zuerst schuldig / von rechts wegen. Idem, quo ad
processū observatur quoq; in summo, quod est Dresdæ Appel-
lationū Judicio, ubi in termino Martini, Anno 1608. conclusum:
Wann in diffamation sachen Beklagter diffamant in primo ter-
mino nicht erscheinet / vnd es ist erkandt / daß er auff die angestaltete
diffamation Klage / nach anderweit vorgehender ladung / bey straff
Ungehorsams / sich einzulassen vnd zuantworten schuldig; So
wird solches pro prima monitione gehalten / do er nun ad secun-
dam citationem abermals aussenbleibet / wird ihm perpetuum si-
lentium, in demselben termin, noch nicht auffgelegt / sondern er-
kandt / daß er nochmals bey enlicher straff Ungehorsams / vff er-
hobene Klage sich einzulassen / vnd zuantworten pflichtig / vnd diß
ist secunda monitio: Lasset ihn der Kläger tertia vice citiren, Be-
klagter beharret aber in seinem Ungehorsam / so wird ihm als dan
ein ewig stillschweigen per sententiam auffgelegt.

XXIII.

Hæc sententia à Judice lata, an Interlocutoria sit, an ve-
rò definitiva? inter Dd. non convenit, ita, ut Blarer. *ad h. leg.*
nost. cap. 9. n. 6. & Contard. ibid. c. 5. n. 139. hanc quæstionem
ambiguam, ac nuda in Dd. controversam vocent. Quidam
enim pronunciationem istam, sententiam esse prorsus negant,
& Decretum Judicis appellant. Gothofr. verus interpr. *ad b. l.*
circ. fin. & in l. presenti C. de his, qui ad Ecclesiam conf. quem citat
Blarer. *all. loc.* forsitan exinde, quod interlocutio ex mente
Duareni *in l. 1. ff. de re judic. Zas. ad rubr. ejusd. tit. Marant. de*
sentent. n. 5. pro sententia non sit habenda: quæ autem sit diffe-
rentia inter decretum & sententiam, demonstrat Alciatus *lib.*
2. paradox. c. 3. & eleganter Giphani. in tr. de ordin. Judic. c. de
sent. & re jud. & ad l. 9. C. de sent. & interlocut. Zang. in rub. tit. X.
de sentent. & re jud. num. 63. & seqq. Quidam vero sententiam in
E Judi-

Judicio *L. nostr.* purè definitivam esse contendunt, quas refert idem Blarer. *all. cap. 9. n. 6. vers. & quidem quod hæc sententia definitiva sententia sit &c.* Quidam interlocutoriam tantum, quorum argumenta quædam recenset Mund. *all. cap. 5. §. 5. n. 20.* Qui tamen *n. 27.* rectè concludit, quod sententia hæc sit interlocutoria vim definitivæ habens. Et licet Giphan. hanc distinctionem, inter interlocutoriam simplicem, & vim definitivæ habentem, ab Interpretibus propter ignorantiam *l. oportet 36. C. de appell. & consult. fabricatam asserat add. tit. de appellat.* Tamen cum distinctio ista in Camera Imperiali recepta ac approbata, *part. 2. Ordin. Cam. tit. 29. §. vnd so von Beyurtheiln/die krafft einer Endurteil hetten/ & §. seq. wo aber von den andern interlocutorien vnd beschwerungen/ die durch mittel der appellation von den Endurtheil nicht wiederbracht werden mögen. Item part. 3. §. vnd so fern / & §. seq. & in forum introducta sit, Gail. 1. observ. 130. per tot. Mynsing. cent. 3. observ. 88. Contard. ad h. leg. nost. c. 5. n. 139. & seq. meritò retinendam eam esse censemus. Videat. quoque Blarer. *d. c. 9. n. 6. vers. quæ & posterior. & Zang. d. loc. n. 55. & seqq.* Consequitur autem hæc sententia, uti etiã quælibet alia, post decendum effluxum, à die publicationis computandum, vires rei judicatæ. *l. 1. ff. quand. appell. Auth. hodie. C. de appellat. Rosbach. in process. tit. 71. de sentent. n. 27. & hunc effectum habet, ut diffamans postea, de prætenso suo jure amplius non audiatur. Res enim judicata facit ex albo nigrum, & ex nigro album, ut loquuntur Dd. Curt. Jun. cons. 177. n. 12. Cephal. consil. 162. n. 8. Jacón. in l. Julianus 60. n. 2. ff. de cond. & demonstr. Et de sententiæ justitia vel iniquitate ulterius non est quærendum; Ventur. de Valent. *part. lib. 2. c. 13. num. 30. Welenb. cons. 149. n. 27. & seqq. Zas. cons. 3. n. 1. & seqq.* Quod si diffamans adhuc in diffamationibus suis pergat, legitimis remediis ad servandam sententiam compelli, Mund. *d. c. 5. §. 6. n. 15. Blarer. c. 11. ferè per tot. & si fortè diffamati Judicis potestati subjectus non sit, datis literis ad Judicem ejus Requisite libus, ad cautionem de non amplius diffamando, seu de non***

con.

contraveniendo adstringi, vel etiam legitimis pœnis coerceri potest. Blarer. c. 13. n. 21. Judex enim Judici ad subsidiariam requisitionem, brachium suum pro facienda executione communicare debet. l. 11. §. sententiam Romæ. 2. ff. de re judicat. Arnold. de Reyger. in process. judiciar. disp. 8. th. 30. Sæpissimè autem accidit, ut judex contra diffamantem, vel ex negligentia & dissidia, vel ex ignorantia & errore, vel etiam interdum ex odio & affectu privato, cum impositione perpetui silentii nimium properet; Quapropter si diffamans post publicatam sententiam, adhuc sua interesse, & se gravatum putet, necesse est, ut adversus sententiam istam remediis suspensivis uratur, quibus vires rei judicatae impediatur. l. 4. in fin. C. de liber. causa. Qualia remedia principaliora & communiora sunt Appellatio, & in foro Saxon. Leuteratio.

XXIV.

Cùm igitur quilibet, qui per sententiam gravatum se existimat, appellare regulariter possit, l. 1. ff. de appellat. l. 16. l. majoribus 20. C. eod. Gail. 1. observ. 128. n. 1. Pract. Papiens. de form. appell. à sentent. definitiva. §. coram vobis. n. 5. Specul. lib. 2. pract. 3. sub tit. de appellat. §. 1. n. 1. dubium non est, quin etiam diffamans per sententiam gravatus, totam causam per appellationis remedium ad superiorem devolvere queat; præsertim cum præter hanc sententiam alia non speretur. l. ait prator. §. permittitur. l. intra utile ff. de minor. Bart. in l. Titia ff. de accus. n. 5. & in l. 2. ff. de appel. recip. Permissa autem est appellatio regulariter ab omnibus iudicibus, sive Ordinarii, sive delegati, sive majores, sive minores sint. c. omnis. 3. c. ad Romanam 6. cap. 2. q. 6. l. à majoribus 20. ff. de appellat. Gail. 1. observ. 144. n. 5. Ita tamen, ut semper fiat ad superiorem. l. appellandi. 1. §. 3. l. Imperatores 21. ff. de appellat. l. 29. C. eod. A summo igitur Imperatore appellari nequit: Hic enim neminem nisi DEUM & ENSEM superiorem recognoscit, uti communi Septemvirorum decreto anno Christi 1338. publicato, adversus Pontificem pronunciatum fuisse, testatur Reinking. de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 2. c. 2. n. 65. ex Avent. lib. 8. Novell. 28. c. 4. in fin. ibi, hanc nos gratiam Deo referendam



dam putamus, qui nobis Imperii coronam imposuit. c. quo jure dist. 8.
Unde tanquam Deus judicare dicitur. Heig. part. 1. q. 10. n. 43.
Falsissimum igitur est, ab eo ad Pontificem appellari posse, et-
iam ex eo, quod causæ seculares extra Imperium Romanum nõ
sint trahendæ, part. 2. Ordin. Camer. tit. 7. *ibi*, Aber damit diesel-
ben aus dem Reich Teutscher nation nicht ziehen &c. & quod ipse
Põtifex neget, à giudice seculari ad se appellari posse. *c. si duob. S.*
deniq. X. de appellat. Imò illum, qui ab Imperatore ad Pontificem,
etiam in causa pia & tutelari appellare tentaverit, tanquam
contemptorem jurisdictionis Imperialis, 100. marcis auri puri
multari refert Gylman. *symphor. tom. 3. lit. A. in mater. appella-*
lat. fol. 31. fac. 1. in pr. Et cum Camera Imperatorem repræsentet,
vicariamq; operam navet, ab ea quoque appellari non posse,
constat. Gail. 1. *observ. 41. per tot.* Ordin. Cam. part. 3. tit. 51. *ibi*
wir ordnen / setzen vnd wollen auch / daß von vrtheilen / am Cam-
mergericht ergangen vnd ausgesprochen / kein theil weiter zu appel-
liren, oder zu suppliciren, macht haben solle. Electores quoq;
vigore Aureæ Bullæ *c. 11.* von Freyherten der Churfürsten / negle-
ctâ appellatione jus dicunt. Quod tamen privilegium Electo-
res Ecclesiastici & Palatinus Rheni non utendo amiserunt. Saxo
autem, uti etiam Brandenburgicus, constanter retinuerunt.
Quamvis enim Heig. part. 1. q. 4. n. 32. & Arum. *ad tit. 11. Aureæ*
Bullæ, putant, quod Brandenburgicus, non ita dudum, per
concessionem Imperialem, hoc jus recuperaverit, tamen ex
renovatione hujus privilegii à Rudolpho II. anno 1586. factâ,
manifestissimè apparet, quod Brandenburgicus illud nunquam
amiserit, nec de novo ipsi concessum, sed potius renovatum &
confirmatum fuerit. *Hac enim ibi habentur verba.* So were es
gleichwol bey S. I. Vorfahren den Churfürsten zu Brandenburg
(die da nach ausweiffung der gemeinen Rechte vnd guldenen Bulla/
des nicht appellirës halber fürnehmlich privilegiret vñ begnadet /
vber 100. vnd mehr Jahren / vnd also weit vber Menschen gedencen /
eingeführet / herbracht / gebrauchet vñ behalten worden / dz niemand
von der Churfürsten von Branden burg vrtheilen / Decretē, Abschie-
den &c. An vnser vnd des Reichs Camergerichte / zu appell. macht
gehabt.

gehabt. & in *vers.* hingegen aber. *ibi*, S. 1. vnd derselben löblichen
Vor Eltern weren auch bey solcher ihrer Churfürstlichen Befreyung
bisherhero geruhiglich gelassen worden. & paulò post, dessen sie oh-
ne das befuegt / vnd bisherhero unverruecket behalten. Vid. Bened.
Carpzov. *de capitul. Cesar. c. ii. n. 15. & seqq.* Gylman. *tom. 6. Sym-*
phor. Supplic. c. 1. sub. rubr. Marchio & Elector Brandenburg. Hoc
privilegium de non Appellando à Ferdinand. Cæsare anno 1559.
Saxoni non solum confirmatum, & renovatum, sed etiam ita
auctum, ut ab universa domo Saxonica appellare non liceat.
cujus tenor de verbo ad verbum extat apud Jacob Ayrer. *in suo*
processu histor. p. 2. c. 4. obs. 2. sub. tit. privilegium der Chur. vnd
Fürsten des Hauses Sachsen. Heig. *d. quest. 4. n. 38. & seqq.* O-
mnis autem appellatio intra decendum à die latæ sententiæ fie-
ri debet. *l. Sed etsi apud acta. 2. ff. de appellat. l. 6. §. pen. l. 14. C.*
eod. Appellation Ordnung / sub tit. von Appellation, wie die ange-
nommen & c. quod tempus currit de momento in momentum,
C. quod ad consultationem 15. X. de sentent. & rejudic. ubi Panorm.
n. 4. Gail. 1. observ. 139. n. 6. Mynsing. cent. 2. obs. 2. n. 1. Ruland.
de commiss part. 1. lib. 5. c. 13. n. 12. & seqq. Et neque à iudice,
neq; partium consensu prorogari potest. *Ordin. Camer. part. 2.*
r. 29. §. so sollen auch & c. Mynf. cent. 2. obs. 68. per tot Gail. d. obs.
139. n. 6. Appellatione legitimè interposità & justificatà, sequi-
tur prioris sententiæ in iudicio inferiori lata, vel confirmatio,
vel reformatio. *Welenb. in par. ff. de appellat. n. 10.* Priori
casu pronunciarì solet, daß in voriger instanz wol gesprochen vnd
vbel davon appelliret / vnd daherò diese Sache wiederumb an den
Richter voriger instanz zuverweisen. *Gail. 1. observ. 131. n. 2. Mynsing.*
cent. 4. obs. 46. Hartm. Hartm. lib. 2. obs. tit. 19. obs. 21. n. 1. &
seqq. Moller lib. 4. Semest. c. 4. per tot. Posteriori verò, das in
voriger instanz vbel gesprochen vnd wol davon appelliret. Et
tunc tota causa ad iudicem ad quem devolvitur. *c. ut debitus*
honor. 59. X. de appell. qui in ea, usq; ad sententiam, ulterius pro-
cedit, & latam sententiam ad executionem, ad iudicem à quo,
remittit. Gail. Mynsing. Hartm. Hartm. all. loc. Plura de hac



amplissima Appellationis materia, hic adjicere, institutum nostrum non patitur.

XXV.

Restant quædam de Leutationis remedio dicenda, quod Auctor discurs: von Justitien Werck. pag. 33. & 116. omnino abrogandum censet, propterea, quod per id lites nimium protrahantur; Verum, cum in foro Saxonico, in locum appellationis atque Supplicationis successit: Knich. in comment. Jur. Saxon. verb. Jus. c. 4. Reinhard. part. 4. different. 20. Zobel. 1. different. 41. vix, ac ne vix quidem abrogari potest. Illud autem de jure Civili planè incognitum. Coler. part. 1. decis. 138. n. 1. & potius consuetudine & moribus, quàm certò & expresso aliquo jure, in foro Saxonico introductum est. Wittenbergische Hoffgerichts Ordnung/ sub tit. von Leuterung. S. vnd nach dem aus Gewohnheit. Moller. ad const. Elect. part. 1. const. 19. n. 2. Zobel. part. 1. different. 40. n. 1. & differ. 41. n. 1. Beust. ad L. nam posteaquam 9. S. si minor. ff. de jurejurand. n. 12. Licet enim in jure Saxonico aliquoties von Brielstraffen oder schelden dicatur, ut LandR. lib. 2. art. 12. Weichbild. art. 74. tamen per verba illa non Leuteratio, sed nihil aliud quàm appellatio intelligitur. d. art. 74. Weichbild. ubi glos. n. 3. ibi. Ihr sollet wissen/ daß wir Brielstraffung meinen/ das heisset man in Keyser Recht vnd Geistlichen Rechte eine Berufung/ ut ff. & C. de appell. d. art. 12. LandR. ibi. schild man ein Briel/ das sol man ziehen an den Obern Richter/ vnd zu letzt für den König. Leuteratio autem interponitur in eodem judicio, in quo sententia lata est. text. in d. const. 19. ibi, bey dem Richter/ so das Briel publiciret. Moller. ad d. const. 19. n. 1. Omnia autem ferè jura, quæ de appellationibus loquuntur, etiam in Leutationibus locum habent. d. constit. 19. in prin. vers. welche auch nicht weniger. & ibi Moller. n. 24. Leipzigerische vnd Wittenbergische Hoffgerichts Ordnung. sub tit. wann vnd wie Leuterungen vnd appellation stadt haben. Modest. Pistor. part. 4. quest. 115. n. 3. & Jacob Schultes. in addit. ad



ad eund. part. 1. quest. 22. n. 11. Rauchbar. part. 1. quest. 12. n. 17.
Propterea quilibet, qui Appellare, etiam Leuterare potest,
& Leuteratio legitimè interposita, sententiam nil minus, quàm
appellatio suspendit. Zobel. d. p. 1. different. 40. n. 12. Modest.
Pistor. d. p. 1. quest. 22. n. 6. & ibi Schult. n. 11. Ad quamlibet
autem sententiam unica tantùm Leuteratio, in Judiciis in-
ferioribus, uti etiam Provincialibus admittitur Neue Proceß
vnd Gerichts Ordnung tit. 35. Von der Leuterung vnd Oberleute-
rung/ ibi, wie auch in allen Vntergerichten/ auff ein jeder Vrtel nur
eine Leuterung &c nisi prior sententia per Leuterationis senten-
tiam reformetur, aut parti novum gravamen exindè accrescat.
Proc. vnd Ger. Ordnung d. tit. 35. ibi, es würde dann in den Leu-
terungs-Vrtel das vorige geändert/ oder &c. tunc enim & altera
Leuteratio interponi potest, modò novum istud gravamen ex-
pressè specificetur. d. t. 35. vers. jedoch anderer Gestalt nicht &c.
In Judicio verò supremo Appellationum Dresdæ, etiam Ober-
leuteratio, quæ ferè nihil aliud est, quàm actorum revisio
Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 42. admittitur; sed in
iis tantùm causis, quæ statim in prima instantia ibi ventilatæ,
& non per viâ Appellationis. eo devolutæ sunt. d. const. 19. post pr.
Appellar. Ordnung. tit. von der Supplication vnd Revision. Pro-
ceß vnd Gerichts Ordnung/ tit. von der Leuterung vnd Oberleute-
rung/ Heig. part. 1. quest. 10. n. 54. & seqq. Zanger. tr. de Exce-
ption. p. 2. c. 1. n. 443. Post legitimè interpositam Leuteratio-
nem, Leuterans intra spacium sex septimanarum & trium die-
rum, in Zeit Sächsischer Frist/ citationem ad prosecutionem
leuterationis impetrare, d. const. 19. §. ein jeglicher Leuterant/
ubi Moller. n. 3. Teuber. in suo process. p. 1. cap. 25. §. nota, man
fan allhier; In termino præfixo prosecutionem oretenùs, vom
Munde in die Feder/ & non ex charta, ad calamum dictare, d.
const. 19. §. in der Prosecution vnd Vollführung &c. & ibi Mol-
ler. Teuber. d. c. 25. §. Wann nun der Leuterungs termin her-
bey kömpt &c. Judex verò terminum certum, intra tres men-
ses præfigere, acta post prosecutionem ad decidendum trans-
mitte-

mittere, & sententiam publicare tenetur. *d. const. 19. §.* Es
sol auch ein jeglicher Richter &c. In Judiciis Provinciali-
bus, uti etiam in supremo Appellationum Judicio, Leute-
rationes interpositæ, inter termino proximè sequenti, sub pœ-
na desertæ leuterationis Proceß vnd Gerichtsordnung, *dict.*
tit. 35. vers. doch daß allezeit Leuterant, &c. prosequi necesse est,
Reinhard. Rosa, *in addit. ad Moller. d. const. 19. sub n. 32.* Id
quod quotidiana quoque praxis ostendit. Et hæc etiam de
Leuterationis remedio suspensivo ratione instituti nostri dixisse
sufficiant.

XXVI.

Præter jam relata remedia suspensiva, adhuc etiam est
Supplicatio, pro revisione actorum, quam ultimum & extre-
mum remedium appellat Gail. *1. observ. 153. n. 1.* Licet enim à
sententiis Camerae Imperialis appellare non liceat, *supra thes. 24.*
tamen quilibet debito tempore juxta modum, in Ordinat. Ca-
meral. *part. 3. tit. 53.* von revision vnd Besichtigung der Acten/ &c.
præscriptum, ad Revisionem provocare potest. Gail. *d. in loc.*
Eamq; in Camera, in judicio *L. nostr. diffamari* locum habere,
attestatur Idem Gail. *1. obs. 133. in fin.* Hæc Supplicatio de jure
communi, uti etiam de jure Camerali antiquo, de anno 1532. §.
damit auch/ sententiam non suspendit, ut tradit Mynsing. *6. ob-*
serv. 15. n. 4. § 1. observ. 48. Scacc. de Appellat. *quest. 19. remed. 3.*
n. 27. Matth. de Afflict. *decis. 232. incipit, dicit Regia, n. 2. § Dd.*
communiter. In Camera tamen per renovatam Ordinationem,
de anno 1555. *all. tit. 53.* von revision vnd Besichtigung der A-
cten &c. aliud introductum est. §. Im Fall aber / daß die Urtheil /
durch die Verordnete bekräftiget / sol es darbey bleiben / vnd mit
execution solcher erstgesprochenen Urtheil / an dem Keyserl. Cammer-
gerichte fortgefahren &c. Suspendit igitur hæc revisio sententiam,
donec causâ cognitâ constare possit, utrum sententia revidenda,
confirmanda vel reformanda sit: Gail. *1. obs. 154. n. 4. Ubi ita*
in caus. Borcken/ contra Brandenburgæ anno 59. observatum fuisse
testa-

refatur Rauchbar. 2. quest. 6. n. 31. Id quod etiam Recessu Imperii, de anno 1600, propter discrepantes opiniones denuò confirmatum s. Als auch streit fürgefallen. *ibi*, so ordnen vnd wollen wir doch / daß pendente revisione mit der Execution nicht zu verfahren / sondern damit eingehalten werden sol. Bernh. Grævæus *concl.* 154. *confid.* 1. *ubi multos dissentientes allegat.* Videant. quoque Hering. *de fidejus. cap.* 15. n. 88. & Respons. quinque celebrior. JCrorum: German. super negot. Revisor. data, *Francos. Anno 1589. typ. expos.* Sanè in foro Saxonico Supplicatio ista pro Revisione planè non admittitur, *per text. expres. in der Appellation Ordnung / tit. von der Supplication, & in der Proc. vnd Gerichts Ordnung / eod. tit. per tot.* Heig. *quest.* 10. n. 52. *ubi eorum preces, qui tale quid tentarunt, semper repulsas fuisse dicit.* Moller. *lib.* 1. *semest.* c. 38. Et quamquam Colerus *de process. exec. part.* 1. *cap.* 3. n. 42. & Zobel. *part.* 1. *differ.* 40. n. 8. contrarium statuere videntur, tamen Coler. *id. in loc.* per Revisionem nihil aliud quàm Oberleutationem intelligit, uti sese ipsum explicat. Zobel. verò non de Jure Saxon. sed de jure Civili, secundum allegata, accipiendus est. NULLITAS quoque certo respectu, inter remedia suspensiva referenda est; Licet enim regulariter sententiam non suspendat, Mascard. *de probat. conclus.* 687. *incipit, Exceptio nullitatis. n.* 1. & *seqq.* vol. 2. Rosbach. *in process. cap.* 72. n. 33. Gail. 1. *observ.* 127. n. 10. Mynsing. *cent.* 4. *observ.* 64. *ubi ita in Camera Imperiali in causa Satleri de Wimpfen / contra Satler determinatum fuisse asserit;* Tamen cum nullitas sit notoria, & liquidò ex actis appareat, vel in continenti probari possit, tunc executionem quoque impedire verius est. Zanger. *de except. part.* 3. c. 26. n. 67. *vers. modo ex actis.* König. *in Process. c.* 103. n. 3. *vers.* Also wird auch die Hülffe &c. Mynsing. *cent.* 4. *observ.* 64. Gail. 1. *obs.* 103. n. 2. Scacca *de appellat. p.* 2. *quest.* 19. *remed.* 1. *concl.* 4. n. 23. Quæ sententia etiã in der neuen Proc. vnd Ger. Ord. confirmata est, t. 38. von der Nullität / *ibi*, es were dann einer der angegebenen Nullität halben / mit so ansehnlichen vnd glaubwürdigen Schein gefast / daß er sie in continenti &c. ausführen vnd darthun könnte. Hoc notandum, in Camera Imperiali eas tantum nullitates recipi, quæ irreparabile damnum principali ne-

F

gotio



gotio afferunt, non quæ judiciorum ordinem ac solennitatem concernunt. Ordin. Camer. part. 3. tit. 34. von Nullität vnd Wichtigkeit der Sachen &c. §. 1. vers. vnd so der Cammer Richter vnd Besizer &c. Gail. 1. obs. 25, Rosbach. de process. d. cap. 72. n. 40. cum seqq. In foro Saxonico, is, qui temerè & sine probabili causa deductionem nullitatis instituit, pœnâ quadraginta florenorum plectitur. Proceß vnd Berichts Ordnung alleg. tit. von der Nullität. ibi, sol er deßhalben 40. Gûlden den Berichten zur Straff verfallen seyn. Plura de Nullitatibus scire cupiens, is videat Vant. de nullit. per tot. Zanger. de Except. part. 3. c. 26. n. 67. & seqq. Ruland. de Commiss. p. 1. lib. 6. c. 5. n. 4. & seq. Rosbach. d. c. 72. n. 11 & seqq. Scacc. de appell. part. 2. quest. 19. remed. 1. concl. 1. 2. 3. 4. & 5. Gail. 1. observ. 42. n. 1. & seqq. observ. 113. n. 3. & seq. & observ. 127. n. 1. & seqq. Cardinal. Tusch. tom. 5. verbo Nullitas, conclus. 130. & seq. & tom. 7. verbo Sententia, conclus. 138. & 139. per tot. Rotsch. in suo process. part. 1. art. 36. per tot.

XXVII

Maximam habet cognationem cum processu *L. nostre diffamari*, Practica *l. si contendat. ff. de fidejussor.* in qua idem ferè processus observatur, Blarer. ad h. l. nostr. c. 2. n. 17. Contard. ibid. cap. 3. n. 129. Cagnol. ibid. n. 5. Zanger. de Exception. part. 3. cap. ult. n. 208. Hering. de fidejussor. cap. 30. n. 78. Integrum enim est Debitori, ut Exceptiones, quas contra instrumentum aliquod habet, coram Judice suo proponat, & officium ejus implorando petat, ut citatâ parte adversâ, agere autem cessante, exceptionem sibi competere declaret, & in ea ipsum defendat, actoriq; Creditori, silentium imponat: Hartm. Pistor. lib. 4. quest. 15. n. 2. Bartol. & Paul. de Castr. in *l. si Pater, C. qui bonis cedere poss.* Quod remedium à Pragmaticis latissimè extenditur, ita, ut illud non solum Debitori, contra Creditorem agere differentem, sed omnibus, qui timent actionibus se vexari, eo forsitan tempore, quo legitimis suis defensionibus, variis modis frustrati sunt, competere statuant: Zanger. d. in loc. n. 192. & seqq. Cagnol. d. in loc. Blarer d. c. 2. n. 19. 20. 21. Quamvis autem hæc duo remedia, propter cognationem & rationis identitatem, ad faciliorem causæ

&

& litis expeditionem simul misceri soleant; tamen revera differunt; Et quidem principaliter in his : Quod (1) Judicium *L. nostr. diffamari*, in facta diffamatione & jactatione fundetur, *supr. th. 9.* & processus, antequam diffamatus diffamationem istam verisimiliter probet, non decernatur. *supr. th. 14.* Sed judicium *L. si contendat*, cuilibet, exceptionem sibi competere asserenti, detur. Heig. *part. 2. quest. 8. n. 14. Dd. sup. all.* (2) In terminis *L. diffamari*, diffamatori, non comparenti, simpliciter perpetuū silentium imponitur; In terminis verò *L. si contendat*, nisi agat actor, judiciū super exceptione procedere debet. Zang. Hartm. Pistor. Blarer. *all. loc.* (3) Qui remedio *L. diffamari* utitur, sæpè ex vana, aut etiam ex malitiosa diffamatione agit; Sed qui remedio *L. si contendat* experiri vult, semper jus certum ac apertum, & exceptionem fundatam habere debet, aliàs super illa exceptione judex cognoscere nequit. Videat. Mynsing. *cent. 4. observ. 72. n. 7. 8. 9.* Zanger. *qui multis exemplis remedium l. si contendat amplificat all. loc. n. 192. usq; ad n. 210.* Blarer. *all. loc.* Socin. *conf. 94. vol. 3.* Gutier. *conf. 51. n. 4.* Covarr. *lib. 1. resolut. c. 18. n. 3.* Schurff. *conf. 42. cent. 2.*

DEO, à quo omnia, sit
gloria.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

DEO
gloria



ULB Halle
004 961 196


3



W177







21.
45
15
15

QUOD DEUS OPTIMUS MAXIMUS FELIX FAUSTUMQUE ESSE VELIT,
Decreto & Autoritate Ampliss. Jctorum Ordinis
in florentissima Electorali Academia Wittebergenfi
DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM,
AD
Celebrem & Famosam Practicam

L. Diffamari 5. C. de
Ingenuis manumisfis,

SUB PRÆSIDIO
GOTTFRIDI REUTTERI, D.
& Professoris Publici, Curia Provincialis, ac Facul-
tatis Juridicæ Witteberg. Assessoris, nec non Illustrissimarum
Viduarum Elect. Saxon. in Lichtenburg: & Anhalt.
in Goswig. Consilarii &c. Præceptoris ac
Promotoris sui ætatem colendi,
*Pro summo in utroq; jure gradu & privilegiis
consequendis*
Publicè proponit
CHRISTOPHORUS VVACKE Numburg.
— Ad diem VII. Januarii, Anno O. R.
M DC XXX.
In Auditorio majori, horis ante: & pomeridianis.
Witteberge, Typis Hæred. SALOM. AUERBACH, Acad. Typogr.

